



H-11-165

E. Iudiciori ferui agustini pro seci.
5 de 14 vni pico

Institutionum

DIALECTICARVM

Libri sex, per fratrem Franciscum
Titelmanum, Hessellensem, ordi-
nis fratum Minorum, cum
Indice capitū, necnon eo-
rum, quę in his con-
tinentur.

Ad castigatissimi cuiusque exemplaris fidem quam
accuratissime restituti.

D. Ieron. Ign.

La Pardina
n° 4008



LVGDVN,
APVD GVLIELMVM
ROVILIVM.

1545.

Florentissimæ in Louaniensi academia Libera
lum artium facultati, frater Franciscus Titelmannus, eiusdē
humilis alumnus, debitum offert obsequium.



Eminī fierē ante triennium cōm
libros duodecim de consideratio
ne rerum naturalium tui nomi
ni mater veneranda, monicip
rem, quod tum in Physica dispe
plina exhibebam, id & in Dia
lectica aliquando me tentatū
rum spopondisse, si modo no
ster ille labor tibi non ingratuer,
& tuis alumnis nō inutilis com
probaretur. Que sane promis
fio: tamē si sub dubitationis quedam moderamini prouiniciata, sic
me deuinxit, atque etiamnam confribulum implicitūque tenet, re
ab officio illo vel sine mei nominis tactura, vel sine tua gratitudinis
offensa, nō milii integrum videatur cessare. Si enim ab implenda pro
missione desistero, vel in factis suis indicabens humile donum, re
ego à promisso ridear illo tuo factioſuſ absolitus, futurūque est, re
de te male iudicent, & aduersus te indigentibus, siquā fortē extine
rint quibus prior ille noster labor non rubeatus improribundus: aut
ego tanquam promissionis immemor, leuitatis arguar ac vanitatis
audiamque subflammatibus quod aduersum vanos homines
professi foret. Politice dues quibet esse potest. Et illud, Parturientes
montes, nascetur ridiculus nus. Accedit ad hanc necessitatem, fin
disforū pleniorum, tua noſtrorum, tua exteriōrum, pia
& importuna quedam fedulitas: qui ab eo tempore, qua prior ille
labor sub oculis hominum exigit in lucem, partim verbis, partim li
ters, promisit me admonere, atque ad satiſfaciendum illi, quam ex
meis verbis concepiſſe afferunt, expectationi perungere atque impel
lere hacenus non desistunt. Alijs quidem humili prece id a me fieri
potiuslibet, alijs pia charitate pro cōmuni bono & sordidjs honestis
adiuuandis pia charitate efflagitariibus, nōnullis etiā quafi debiti
rigorosa quadam infirmitate feruntur exigentibus. Proinde ut matrem
de me optimè meritā ab iniqua ſuspitione liberarem, & meān ipsius
humile nomē a leuitatis & vanitatis nota defendarem, studioforum



quaque expectationi maturius satissimum, & que primo loco e-
rat causa proferenda (promovenda liberalibus studijs, hoc sicut in tem-
pore quo omnia ab hereticis contaminantur & commiscuntur; ad
Ecclesiæ & veritatis catholice defensionem per maxime necessarijs,
pro mea virili nonnullis conferrent; vi suam eft non ultra differre pro-
positi promisi; que adimplitionem quam neque haclenue protraxis
sem, si per corporisculi imbecillitatē, & otium a rebus necessarijs, ma-
turius prestatre quod promiserā, licuerit. Superiori itaque a fato cor-
poris virilis vicinque reparari, & otio a rebus magis seruis tantum
asper, vel cum gratia imperato rrelatum iniuria quadam succiso, &
(ut plane dicam) fortium subftricto, animum adiuvens Dialecticar-
um rerum confidationem, & ex libris quicquid in eis videbatur esse
precipuum, tentare comprehendere illucque omnia, que à Dialectica
synceritate prouersis aliena videbantur, ea que ad rem faciebant plan-
nē incidebat quantum potius, proponeare & explanare curauit te-
nelli adolescentes rerum superuacanearum prolixa multitudine &
involuta difficultate deterriti, animum despondentes, relictisque vī
libus studijs ad iniuria deflorient id quod haclenue non pauci even-
niſe conſtat. Semper enim in illaſi ſententia, quā & Socratis apud
Platonem inuenimus probatam, melius eſe paucis quedam ordinante &
lucidè proponere, quam multa fine ordine convoluta obſcurè profun-
dere. Quo vero tuus alumnus noſter hic labor foret virilis, illum fer-
in omnibus ordine ſumis inſequi, qui eſt apud Ariftotelem M.
Tul. iudicio totius Dialecticæ principem; quo idem ille dicit nihil effe
acutius, nihil politius, nihil admirabilem tribuit ſententiam & inuen-
tionem, incredibilem quoque diendi copiam & ſuauitatem: quem
denique tanti ille facit, vt ne venia digna pater philophos illos,
quibus tantus philophus effet inconvenit. Ut non immendo prece-
teris omnibus qui Dialecticam trahauerunt, hunc unum a malis ſe-
cule Academie censurient adolescentibus in arte Dialectica inſti-
tuendis proponendum atque prelegendum. Ad cuius auguſtam am-
plitudinem compendiam huissi noſtri operis brevitatem velut in-
troduceriam, nos quoque parauimus. Hunc itaque nostrum in Dia-
lecticis labore, quem tu nominis mater reverenda, omni iure debitis
nuncupare, precor ut eo animo de manu feruuli & alumni in ſuaf-
pias, quo priorem illum in Physicis a te fuisse ſuscepimus, certissimis ar-
gumentis fecisti teſtimoniuſ. Bene vale. Louani. Anno a Christo nato.
Millesimo quinquagintaſimo, Tricesimo tertio. xv. Oclobris.

PROLOGVS APOLOGETICVS

pro Dialecticæ cæterarūmque
liberalium artium tuenda
dignitate.



LORIOSVM illud Ecclesiæ lumē Au-
relius Auguſtinus, in libris quos de ciuita-
te Dei pro Christianę fidei firmamētō in-
ſignes & nunquā fatis laudatos edidit de
varijs Ecclesię perfequutionibus agēs, in-
ter cetera de apoſtata illo Iuliano Augu-
sto, cuius egregiam indolem amore dominandi (vt idem ille
ait) ſacrilega & detestanda curiositas perdidit, hoc ſignanter
cōmemorat, atque etiam digno pondere agrauat, quod pub-
lico edicto Christianos veterū, artes liberales docere vel
diceret. De Iuliano (inquit) apoſtata quid dictūr fuit? An i-
pīe non eft Ecclesię perfequunt, qui Christianos liberales ar-
tes docere aut dicerere vēti? Cuuius quidē propositu rationem
illi, qui cum Apoſtolo cogitationes aſtutē illius Satana non
ignorat, in promptu erit inuenire, atque exponere facilimū.

Nimirum aduertens humani generis inimicū, per vim atque
potentiā principum, quorum furorē aduerſus Christianū no-
mē ab initio nascit̄ Ecclesię exatuerat, viſque adeo nihil
ſe promouere, vt in dies magis magisque Christiani nominis
gloria elateſceret, & fides Christi dilatata proficeret, aliam
excoſitauit ille artifex perfequendi rationem: qua videlicet
ſapientum huius ſeculi tumidos animos in Christianam sim-
pliciatem excitaret, illorūmq; ſtylos & calanos in hanc ex-
a cueret, vt omnē ingenij vim & totū artis acumen ad hāc op-
pugnandā conuerteret. Inter quos vel primus extitit peruer-
ſus ille apoſtata, qui post abnegati ſacri Christi nomē, cuius
ſacramentis fuerat initiatuſ, vim omnē ſuā eruditioſis atque
eloquentiā, qua ab annis teneris egrediē erat inſtitutus, eō cō-
tulit, vt temel abituratā fidem pro fu virili ſtudii delereret,
Christi, Ecclesię, quā ipſe perſuga factus īa dereliquerat, ſo-
lo equaret, radicatuſq; euerteret. Id quod luce clarius teſtimoniuſ
eius virulētissima opera, in odiū & oppugnationē fidei Chri-

August.
lib.
de ciuit.
Dei.

2. Cor. 2

stianæ edita, quorum fragmenta aliquot in libris sanctiorum patrum, qui illius iniunctæ diuina auxilio freti restiterunt viriliter, enarrari videntur licet. Ex quibus paucis, facile est conigere, cuinmodi illa fuerint plena columnæ, quæ in Christū (quæ contumelie gratia Galilæi) & Christianos (quos ab illo Galilæos nominabat) remeritas eius infama emonuit. Is itaq; cum videret à viris Christianis se nec sapientia nec eloquensia seculari inferioribus, quales ab initio aliquot semper habuit Ecclesia, validius quā exultauerat fuis obiectiobus responderi, nec deesse qui infama in Christū iactata coniuria in furibundū ipius caput aptissime retorquerent, quicque (iuxta Prog. 21. sapientis verbū) stulto audenter & possexta futilitate suā respondere, ne fibi ac fuis nimis sapiens videretur, facilè aduentur, non effectur se quod conceperat animo, nec posse votu portiri, donec inter Christianos vigeret sapientia & eloquentia seculi, quibus solis à cōsequendo proposito se impediti exultabat. Simplicitatē nanqu Christiani dogmatis facile superare se posse cōfidebat, si secularis esset sapientia præsidio destituta. Hoc itaque animo, illo suggestente, à quo possidebatur & agitabatur perfida belha, publico edito, ne Christiani liberales artes vel docerent vel discerent, prohibuit. Cuus quidem impietatis figura quædam, multo ante in Philistæorum aduersus Israelitas, populu Domini, iniqua machinatio premonstrata est, qui vt populu Domini secura possessione sub tyrannidē sua continerent, fabrilem artē de terra Iraclitica abstulerant, cauentes in Israelite hastā haberent aut gladiū, quibus se aduersus illorū tyrannidem posset defendere. Imitat̄ verò frenu illud apostata exemplum, & Philistæorum figurā adimplēt, iudicantes harreti, precipue verò heretico rū magistris quo experientia docet, & liberales artes omnes, & scholas in quibus eiusmodi traduntur, summo odio perferre, maledicēsque & blasphemis insecessere: nō alio haud dubie pretextu quād fecerat ille, sed nec disfusim animo. In colore enim aut fucū verius fug impietatis, dicebat ille, nō dece re Christianā simplicitatē adinuentōibus hominū intēdere, nec debere straphis Dialecticis implicari eos qui profectionē tā simplicē vellent se ētari. Sicq; astutus ille etiā gratiā videba

tur

Hæretici
artes libe
rales cri
minatū.

et repofere, quisi pro insigni beneficio, cū dolum pessimum animo meditaretur. Ita sane & impij hæretici liberales artes incessanter comittit, & maledictis dilacerant pietatis quidē cum prætententes, sed animū mala cogitatione plenū gestantes. Optarent enim se folios armis esse munitos, cateros autē omnes inermes remanere: quo facilius in sue imperatis ditio nem, vi disputationis aut persuasione efficacia, simpliciū animos pertraheret, siveque ty rannidis subiectos retineret. Præceteris verò Dialecticā odio irrecocilabilis persequitur: propterā quid inter omnes nulla sit adeo illorū proposito aduerteria, qua sic illorum fraudes detegit, nodos dissoluit, apertis laqueos, persuasiones annulat. Hac nimis ū ratione, vt (iuxta Comici verbum) semper odū parit veritas. Dialecticā illi cī minantur & calumniantur, quasi cū simplicitate Christiana pugnant: multisq; alijs rationibus & confictis falsis calunijs, ingenuos adolescentes dehortantur, ne illa animum dedant: simplicibusque persuadet parentibus, ne tuos liberos talibus definit studijs. Sunt verò & alijs non pauci Dialecticæ cæterarumq; liberalium artū studijs nō tam ex affectu peruersitate, quā ex ignorātia & imperitia rerūq; in experientia de trahentes qui cū neq; Dialecticæ verū vñm neq; traditionis eius modū nouerint, audient tamen egregij homines psalmum apud eruditos simplicēsque & inexpertos adolescentes, cā irridere, quasi ieūna, spinosam, horridam, equalidam, sterilem, inanem, nūtilē, nomine etiā odiofo sophistica cā appellat̄. Quos si interroges quid Dialectica, aut quid sophistica & quid ab inuicē hā diserit, mutos inuenies, & quē dānauerint aut cōprobauerint, nō ītellexisse cōperies. Qui si eruditissimo rū & probatissimorum authorū de illa sententiā diligenter expendissent, & rerū iustā haberent experientiā, nō sic adolescentū animos corrumperent, neque ab optimis & utilissimis studijs audearent. Cū itaque hac nostra tēpestare quamplū rūs in similitudine liberalium artūm peculiariter verò Dialecticæ calumniantur, pāsim inueniri constet, quorum falsis persuationib; bonam partem adolescentū eorū, maximē de quibus amplior aliqua spes long frugis videbatur expectāda, misere perire, quotidiana (proh dolor) experientia apertius mon-

PROLOGVS APOLOG. PRO DIALECT.

stret, quām vt dissimulare liceat, viūm est nobis, in hīus nō stri operis initio quod de cōsideratione Dialectica ad cōmu-nem studiorum vtilitatem conscripsimus. Dialecticā digni-tatem & authoritatē aduersum calumniantes tueri atque de-fendere: nō quidē studio cōtentio[n]is, sed eo tantū animo, vt qui forte per ignorātiā aut in experientiam minus bene de Dialectica senerint, & minus rectē loquuti fuerint, cognita veritate, desinant mālē fentre, desinant & maledicere. Quia vero ad tantā rei perfusionem, nostrā orationem sciebamus nequaquam sufficere, viūm est ex clarissimorum & omnī iudicio eruditissimorum autorum sententijs id agere: quorū tāta est apud omnes eruditos aſtimatio, tanta authoritas, vt refragari illis nemo audeat. Proinde, annotatis ex varijs aucthoribus notatu dignis sententijs, quae ad Dialecticā cōmen-dationem facere videbātur, eas in hunc locum congregamus, sicutque per titulos & capita certo quodam ordine (quātū cōmodē in tam confusa diuersarū rerū sylva fieri potuit) di-gelimus: ut quās vna perpetua videri possit oratio, qua ex tam varijs est partibus cōtexta. Poteramus forſit & nos, pro pria qualicunque oratione, Dialecticān vtcunq[ue] cōmenda-re, & eius multiplicem explicate vtilitatem, dignitatēm, expōnere. Verum illud putabamus, fore viūius, si quæ ab nobis fuerant dicēda, ea ex grauiſimorū aucthorum & Christianorū & gentiliū ore proferretur. Obsecro igitur eos, ad quos noſter hic labor pertinet, vt maturo iudicio ijs quæ infra ſubij-cientur sententijs expensis, bona artes dicant magnificare, & definiantq[ue] ſimplices studiorū aduersentū animos ab ijs quæ ex re ipsorum ſunt, auertere. Quod si forte ab illis nequi-nero obtinere, qui animū obſfirmauerunt aduersus bona stu-dia, ſpero tamen adolescentes ipsos noſtra hac diligētia poſt hac cautiores futuros, & tam graui tāmque multiplici autho-ritate premonitos nō ita facile māle ſuidentibus aures præ-biritus. Neque enim tam ſine iudicio eſſe poterunt, quin faci-lē aduerrant, que à p̄clarissimis viris tam magnopere ſunt commendata, atque in tāto pretio habita, ad homini vnius vulgaris, vel imperiti vel in experti iudicium, non eſſe con-temnenda. Sed nos iam ad rem accedamus.

Sententiae

Sententiae quædam

C L A R I S S I M O R V M V I R O R V M
tun Christianorū, tun Gentilium, ex ipſorū eruditissimis
libris huc cōgēſtæ, atque per titulos & capita certo quodam
ordine digelitæ, pro Dialecticā ceteratimque liberalium
artuum tuenda dignata.

C A P Y T . I .

Quād magnificè diuinus Plato de Dialectica ſenſerit: ſuōque illo ore in Philosophia (Augſtinius ait) purgatiſimo & lucidiſimo pronuntiatur, in dialogo qui Phadrus inſcribitur, Socratem preceptorum ſuum introductus cum Phaedro ita loquentem,

 Arum ergo diuiniſionis collectionumque, ḥ Phadrus, amicus ſum, vi & intelligēdi & lo-quendi ſim cōpos. Ac ſi quē alium poſſe ar-bitor, tun ad vñū, tun ad multū, pro rerū natura respicere, huius ab tergo tanquā Dei vefigia ſequor. Atque eos qui id facere poſ-funt, hactenus co Dialecticos. Conſentitque mox Phadrus rectē artem hanc Dialecticā appellari, dicens,

In eodem dialogo de Pericle insigni oratore cū Phae-dro colloquens Socrates,

Videtur, inquit, non iniuria Pericles oratorū omniū per-fectissimū exiſtisse. Magna enim quilibet artes, exercitatio-ne dialectica, contemplatione que ſublimiū in natura rerū in-di-gent. Ipsa enim mentis ſublimitas, & vis efficax in qualibet re perficienda, hinc quodāmodo proficiēdientur: quod Pe-riicles ad ingenii acūmē adiunxit. Anaxagoræ nāq[ue] huiusmo-di rerū indagatoris familiaritatē retetus contemplatione fe-tradidit unde ad dicendi artem quod ipſi videbatur traduxit,

In dialogo autem ſeptimo in republica vel de iuto So-craten inducit mechanicas artes atque etiā mathe-maticas cum Dialectica comparantem, vbi hęc eius cum Glaucone diſferentes verba leguntur,

Socrates, Nemo autē aduersabitur nobis diſcretibus quōd

A ſ differen-

Diuinus
Plat. ma-
gnificē ſē
tit de dia-
lecticā.

Pericles
ob Diale-
cticā &
Physicē
peritiam
orator in
figuis.

differendi facultas dūtaxat conatur ordine certo circa vñq; quodque, quid ipsum sit, inuenire. Siquidem certae artes (id est mechanice) aut ad opiniones hominum cupiditatisque respiciunt, vel ad generationes & compositiones, vel ad culturam eorum quæ generantur & corruptiuntur. Reliquæ vero, quas diximus verarum rerum quoquo modo participes esse, Geometria scilicet euûsque comites, circa ipsam effemiam quadam modo dominant: sincerè autem quicquam ab illis cernere, impossibile est, quoniamque suppositi omnibus hærent, eaque ratae & immobiles adeò seruunt, ut illarum ratione reddere nequeant. Dialectica vero (sola sublati) sup'est quod positionibus omnibus ad ipsum principium confirmandum in Topi, pergit, ac reuera animi oculum ceno barbarico obrutu, pauperi, latum usum trahit ac ducit, tanquam adiutoribus ad ministris, quibusdam vtiens his attributis quas narrauimus.

cā ad o-

minuī me

thodorū

prū

habere

mi finit,

que est Dialectica.

Postremo (contentiente in idem

viam,

Dialecti-

apex & fi-

nis omni-

um do-

ctrinari-

Legem statuit effiderant in republica, qua inbeantur difentes eam potissimum disciplinâ capeſſere, ex qua ad principia interrogandum & respondendum, vt ſcientem decet, aptiſſimam reperiri, nec vila doctrinam vterius aur eminentio rem reperiri, sed hic iam doctrinarum omnium esse finem. In dialogo quoque qui Cratylus inscribitur, sive de reſta ratione nominis: Dialectici dicit esse officium, imponeſſe rebus nomina, quodis colligere ſicut atq; diuidere, nec ab alio quam à Dialectico commodè id fieri poſſe exiſtunt.

C A P V T . I I .

Quod sine Dialectica Philosophia non potuit esse consummata quodque Dialecticus Plato adiungens scientia naturali & morali, consummatam efficerit Philosophiam. Ex Auguſtino, libro tertio contra Academicos. Capit. 17.

Angusti-
nº de Pla-
to &
Dialecti
ca.

P Latō vir sapientissimus & eruditissimus temporū fuerū, qui & ita loquuntur eft, vt quæcumque diceret magna ferent: & ea loquuntur eft, vt quomodo tunc diceret parua non fierent, dicitur poft mortem Socratis magistrū ſui, quem singulariter dilexerat, a Pythagoricis etiā multa didicisse. Pythagoras

thagoras autem Græca Philosophia non contentus, quæ tunc aut penè nulla erat, aut certè occultissima, poſtquā cōmotus Pherecydæ cuiusda Syri disputationibus, animū effe immortalē creditit, multos sapientes etiā longè latēq; peregrinatus audierat. Igitur Plato adições lepori subtilitatiq; Socraticæ, quā in moralibus habuit, naturaliū, diuinariūq; rerū peritiam, quam ab eis quos memorauit diligenter accepérat, subiungensque quā formaticē illarū partū judicēmque Dialecticam, quā aut ipsa eft, aut ſinē quā sapientia omnino effe nō posset, perfectam dicitur cōpoluisse Philosophiaz disciplinam.

His Auguſtini verbiſ attestatur Diogenis Laertii ſen-
tentiā, in libro de vita Philosopherum, cuius in de-
ſcriptione vita Platonis, hæc sunt verba,

Vt olim in tragedia, prius quidem ſolus chorus agebat, Dioge-
poſtmodum vero Thespis vnum inuenit histrionem, vt cho-
ras interdum requeſeret: ſecundū poſte AЕichylus adiecit,
& tertī Sophocles, atque in hunc modū tragedia cōſumma-
ta eſtit: & Philosophiaz ratio diudum circa vñ tantū Physi-
ca ſpeciem verſabatur. Acceſſit Socrates & adiecit Eriſen. Tertiā Plato Dialecticus addidit, & conſummatu Philo-
ſophia operi extremam manū appoſuit.

C A P V T . III .

Que neceſſitas ad Dialecticæ artis inuenitionem veteres induxe-
rit. Ex Seuerino Boetio, in commentarij ſuper Topica Ciceronis.

C Vm Philosophia maximis in rebus operā ſtudiūm, co-
fumat, cūmq; & in naturalibus inſpektionē ſpeculatio-
nēq; adhibeat, & in moralibus actionē, & ſic formare geſtū
mores, vt vera vita ratio perſuaderit, euenerit neceſſe eft, vt ſe-
cādū id quod ratio tenēdū omittendū veſt, faciēdū quoq; aut
nō faciēdū eſſe deacreuerit, vel iudicū cōſtituant, vel exercē-
dāe viṭe dirigant intētio. erit igitur neceſſariū, vel in natura
li ſpeculatione, vel in moralū actionū cogitatione, vt certa ra-
tio quod in rebus ſpeculādū eſt inueniat, vel quod in actū
viuēdū duci oporteat antē perpendat. Hæc autē ratio niſi via
quādam proceſſerit, ſape in multis neceſſe eft labatur er-
tores. Quod ne paſim heret, atque vt certis regulis traſta-
tus

Seueri-
nus Boe-
tius.

Dialecti-
tus insisteret, vifum est antiquę Philosophia ducibus, vt ipsa-
ca differē-
rum rationacionum quibus aliquid inquirendum effet, na-
di magi-
stria.
stria,
magis tra, quam Logicen veteres Peripatetici appellauerunt,
quam Cicerio definiens, differendi diligenter rationem vo-
cavit, Stoico vero Dialecticam eam nuncupauerunt,

Hugo à
Sancto
Victore.
His per omnia consonant, quæ vir in diuinis & hu-
manis literis egregie eruditus, Hugo à Sancto Vi-
ctore, libro primo Dialecticæ eruditio[n]is scribit,
in hunc modum,

Cum veteres multis sepe lapsi erroribus, falsa quædam
& sibi cōtraria in disputatione colligerent, atque id fieri im-
possibile videbatur, vt de eadem re contraria conclusione fa-
cta vtraque essent vera, que sibi discutiēs ratio conclusisset,
cu[m] rationacioni credi oporteret, effet ambigui, vifum est
prius disputationis ipius veram atque integrum considera-
re naturā, qua cognita, tū illud quoque quod per disputatione-
nem inueniretur, an vere effet cōprehensionum, posset intelligi.
Hinc igitur profecta Logica peritia disciplinæ, quæ disputā-
di modos, atque ipsas rationaciones internoicendi vias pa-
rat, vt que rationacione nunc quidem vera, nunc autem falsa,
que vero semper falsa, que nunquā falsa, possit agnoscī. Hac
tempore quidem est postrema, sed ordine prima. Hac enim
inchoantibus prima legenda est, propterea quod in ea doce-
tur vocum atque intellectuum natura, fine quibus nullus Phi-
losophia tractatus rationabiliter explicari potest.

C A P V T . I I I I .

Dialecticam ceteris artibus insu[n]diāt atque formandas esse
necessariam.

Augusti.

notar

Augustinus in libro de ordine.

I llo, inquit, modo perfecta dispositiā; Grammatica, admo-
nitia est ratio quæreare hanc ip[s]am vim quæ pepererat ar-
tem. Nam definiendo, distribuendo, colligendo, non solum
digesserat Grammaticam atque ordinauerat, verum etiam ab
omni falsitatis irreptione defendebat. Quando ergo ratio ad

alii

alia fabricanda transferet, nisi sua ipsa prius machinamēda-
stinguueret, notare, digereret, proderētque ipsam disciplinā ea di-
sciplinarum, quam Dialecticam vocat. Hæc docet docere, plena di-
hæc docer dicere. In hac seipsam ratio sibi demonstrat, quæ sciplina -
scit, quid velit, quid valeat. Scit autem scire, vult sola scientes rum.
facere: nec solum vult, sed etiam potest.

Eandem sententiam Crassis apud Ciceronem primo
libro de Oratore pronuntiat, his verbis,

Nihil est quod ad artem rediri possit, nisi ille prius qui
illa tenet, quorū artem instituere vult, habeat illam sci-
entiam, vt ex ijs rebus quarū ars nondisi sit, artē efficeri possit.
Hoc video, dū breuiter voluerim dicere, dictū à me esse pau-
lò obscurius. Sed experiar, & dicā, si potero, planius. Omnia
ferē que sunt cōclēsa nūc artibus, dispersa & dissipata quon-
dā fuerūt: vt in Musicis, & numeri & voces & modis in Geo-
metria, lineamēda, forma, interiualla, magnitudines in Astro-
logia, celi conuersio, ortus, obitus, motusque syderum in Gram-
maticis, Poetarū pertractatio, historiarū cognitio, verborum
interpretatio, pronuntiandi quidā sonus. In hac denique ipsa
ratione dicēdī, excogitare, ornare, disponere, meminisse, age-
re, ignota quædam omnibus & diffusa latē videbantur. Adhibi-
ta est igitur ars quædam extrinsecus, ex alio genere quodam,
quod sibi totū Philosophi assunt, quæ rē dissolutā cōcul-
fāmque conglutinaret & ratione quadam constringeret.

Quod autē hanc artem Dialecticā velit dicere, ex alio
enīdē authoris opere mōstratur apertius, quod de
claris oratoribus inscribitur: vbi de Seruio Sulpitio
quēs, hīc in modū Bruto interrogati p[ro]p[ter]e respondebat.

Sic enim (inquam) Brute, existimo, iuris ciuilis magnū vifum
& apud Sc̄uolam & apud multos fuisse , artem in hoc vno-
quod nunquā effecissem ipsius iuris scientia, nisi eam præterea
dicisset artē, quæ doceret rem vniuersam distribuere in par-
tes, latenter explicare definiendo, obseruā explanare inter-
pretando, ambigua primū videre, dein distinguere. Postremō
habere regulam quævera & falsa indicarentur, & que quibus
propositis essent, queque nō essent cōsequentiā. Hic enim at
tulit hanc artem omnū artū maximam, quasi lucem , ad ea

Sc̄uola
ob dialecti-
cā p[er]tinet,
cō-
teros in-
iuris co-
gnitione
excelluit
qua

Dialec*ti*: quæ cōfūse ab alijs aut respōdebantur, aut agebantur. Dialec*ti* caominiū ētiam mīhi videris dicere, inquit Re*c*ē*t*, inquam, intelligis. artiū ma Hanc quoque sententiam confirmat, quæ noſtrorū fēximā. rē temporū vir eruditissimus, Rodolphus Agricō

Rodol- Aristoteles, quique post eum alij, Dialectica instructi su-
ph° Agri re, facile suis libris ostendunt, quā magnus sit vius eius & quā
cola. tractandis omnibus rebus accōmodatus: vīque fine ea nō so-
lum finigula, de quibus in artium decursu dubiareret explicata

Dialec^tri nequicent, sed ne artes quidem colligi possent, & in hanc
ca*n* quam accepimus regim formā. Hęc est illa sciētia, quā apud
reconflūt. Ciceronem Crasius necesariorum formandis artibus purant,
tis desiderat. Quācumque cupit esse in iureconfusis, quō non essent apud eos
derat. Ci omnia aētorum similia. Quæstitum est à Tito, & Labeo at,
cer. etiam Celsus respondit, & apud Trebatium scriptum est.

Ex his obiter discimus, etiam iuris ciuilis studiosis, Dia
lecticā apprimē conducere, maximāmque ad illud
lucem adferre: id quod & Quintilianus videtur indi-
care, libro duodecimo oratoriarū institutionum, lo-
quens in hunc modum.

Quintilianus. Quid? Nōn quæfio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis conjectura cōtinetur; quorum pars ad rationabilem (Dialecticam dicit) pars ad moralem tractatū redūdat. Ergo natura permista est omnibus istis oratio, quæ quidem oratio est verē. Nam ignata quidem huiusmodi doctrina loquacitas erret necesse est ut quæ nullus vel falso habeat duces.

C A P V T V.

Quanti Dialeticam fecerint veteres illi Stoici, ex Diogene Laertio, de vita Philosopherum,

Steicorū sententia ex Dioge ne Laetatio. **A** Blque Dialectica speculacione, sapientē dicunt in oratione sine lapi nō futurum. Quippe ex illa dignoscet etiam falsum probabile et quod ambiguum dicatur intelligi. Ea remota, iā nō licet rite interrogare atq; respōdere, sed perstringere eā quae in negationibus est temeritatē, ad ea eiā quae siūt, adeo vt in absurditatē ac vanitate vertatur, qui phantasias minimē exercitas habet, neq; aliter acutū & ingenio-

sum cautumq; omnino in dicendo & fore & visum iri sapien
tē. Eiusdēcē enim esse, rectē loqui rectēq; cogitare , eiusdēm q;
ad ea, quē proponūtur differere, & ad ea quā interrogantur
respondere, quā sint omnia viri Dialecticā periti.

Ex eodem,

Huiusmodi sunt in logicis Stoici, ut maximè asserat, Dia lectici solū esse sapiēt. Omnes enim res per eā, quę in verbis est speculationē cerni, quaq; ad naturā pertainit, & quę rursum ad mores logicę egerat adminiculō. Ex eodem.

Enimvero Philosophiam animanti similem dicunt, ossibus ac nervis Logicę, carnis Ethicę, anima Physicę conseruentes. Siue rursum ouo-esse quippe superficię (id est, testam) Logicę, sequentia Ethicę, intima & penitus abstrusa Physicę. Sunt qui agro frugifero: quippe circuinieťa sepe Logicę fructum Ethicę, humi ac arboreas Physicę. Non nulli ciuitati muris optime septa, ac pulchre ex dignitate administratae. Ita quo Stoicorum comparatione illud est diligenter notandum, Dialectica vbique cōparari ijs per quae alia continentur, corroborant, sustinentur, finiuntur, mununtur, & defenduntur, ut pote ossibus & nervis, tēta oui, sepi agrumi, aut muro ciuitatem circundant. Videlice ut inducerit his comparationibus, quod aperit afferit Rodolphus, Dialectica esse ducē, directe in eam, atque stabiliter ceterarum artium, & sine cuius praesertim rueri fines ruris reliqua non sat commodè posse.

Apud Ciceronem libro tertio de finibus bonorum Ca-
to refert Dialecticam & Physicam à Stoicis inter vir-
tutes esse numeratas, & rationē eius reddit apertius.

Ad eas, inquit, virtutes de quibus disputatione est, Dialecticam etiam Stoici adiungunt & Physicam, eaque ambas virtutum nomine appellant. Alteram quod habeat rationem, ne cui fallatur sententiam, nev' vnuq' captiofa probabilitate fallamur eaque que de bonis & malis dicere mus teneret utique possumus. Nâ sine hac arte, quetus arbitramur âvero abduci falli; profite. Re et igitur si omnibus in rebus temeritas ignoratio; virtus est, ab his aia, qui tollit hanc, virtus nominata est. Physicæ quoque non sine causa idem tributus est honos. Hanc genus Stoicorum de dialectica protulimus sententiam

*Stoicoru
pulchra
compara
ho.*

Rodol.
Agricola

Dialecticā & Physicā Stoici virtutes appellant.

quam illi quidē tanti fecerūt, cū nō nisi altera eius pars, & ea quidē naturē ordine posterior, ab eis fuit cognita . id quod manifestissimē Cicero testatur in Topicis, ad Trebatum ita scribens.

Ex Cicerone in Topicis,

Cū omnīs ratio diligens differēti duas habeat partes, Cice . de alterā inueniēdi, alterā iudicādi, vtriusque princeps (vt mi- diab⁹) dū hi quidē videtur) Aristoteles fuit. Stoici autē in alterā elā- alecīca borauerunt. Iudicandi enim vias diligenter periculatae sunt, partibus. eam scientiam quam Dialecticē appellant. Inueniēdi ve- rō artem, quā Topicē dicuntur, quā ad vīsum potior erat, & or- dīne naturē certē prior, totam reliquerunt.

Idem libro 4. de finib⁹ bonorum, Catoni qui de Stoī corrum facta erat, respondens, sic ait,

Cato Cūm dñs sint artes quibus perfectē ratio & oratio com- Stoicus pleuat, vna inueniēdi, alterā differēti, hanc posteriorem Dialect. & Stoici & Peripatetici: priore autem hę egrediē tradidē- & Physi- runt, illi omnino ne attigerunt quidē. Nam quibus locis cā inter quasi tħerūta argumenta de promeritor vestrī ne sūpi- virtutē cati quidē sunt, superiores autem artificio & via trididerunt, numerat Hæcille. Quād ergo pluris nūn est facienda Dialecti- ca, quā præter illam Stoicorum disciplinā, alterā continet, & quasi nouā inueniēdi arte, vīsu potiorē, & naturā prio- rem, quam Aristoteles pluribus libris tradidē, & de qua sola nostri serē tēporib⁹, hō doctissimis Rodolphus Agricola, tres libros cōscrīpsit, ab eruditis omnibus maximē laudatos.

CAPVT VI.

Quod dialectica admodum coniunctam habeat eloquen- tiam artēique dicendi. Ex Quintiliano libro secundo ora- toriarum institutionum.

Quintili. D Vo (inquit) genera sunt orationis, altera perpetua, quā Rhetorice dicuntur: altera cōcīsa, quā Dialectice: quas quidē ita Zenon cōiunxit, vt hanc compresē in pugnum manus, illam explicitē diceret similem.

In eādem sententiam & Cicero scribit libro secundo de finib⁹ bonorum & malorum.

Cicero. Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, in duas tributā esse partes dicere, Rhetoricam palmae, Dia- lect.

Iēticā pugno similem esse dicebat: quōd latius loquen- tur Rhetores, Dialectici autem contrāctus. Idem in libro de perfectō oratore.

Zeno quidē ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu de monstrare solebat, quid inter has artes / Dialecticā & Rhe- toricā / interest. Nam cūm comprefserat digitos, pugnum que fecerat, Dialecticam iebat emūnodi effexū autem di- duxerat, et manū dilatauerat, palme illius similem esse elo- quentiam dicebat. Atq; etiam ante hunc Aristoteles in prin- cípio artis Rethoricae, dicit illam artem quā si ex altera parte responderet Dialecticā: vt hoc videlicet differant inter se, quōd hāc ratio dicendilator sit, illa loquendi contrāctior.

CAPVT VII.

Quōd absque Dialecticā & Philosophia nemo perficitam asequi posse eloquentiam, nec Rhetor esse sine Philosophia. Ex Cice- rone libro primo de perfēctō oratore. Platonis & aliorum Philosophorū disputationib⁹, Exagitatius maximē orator ēst, & adiu- tus. Omnis enim libertas, & quasi sylva dicendi, ducta ab illis ēst.

Rursum.

Positum fit igitur in primis, quod post magis intelligetur, fine philosophia non posse effici, quem quārimus eloquen- tem. Nam nec latius, nec copiosius de magnis varijsq; rebus, sine Philosophia potest quicquam dicere. Necvero sine Philo- sophorum disciplina genus & speciem cuiusq; rei cernere, neq; eam definendo explicare, nec tribuere in partes poslu- mas, nec indicare quā vera, quā falsa sint, neque cernere con- sequentia, repugnantia videre, ambigua distingue.

Expresius etiā & distinctius postmodū illa declarat, cūm post multa eodem in libr. de Oratore tractata, ista subiungit:

Este igitur perfēcte eloquentia puto, nam ēst solim faculta- tem habere quā sit eius propria, fusē lateq; dicendi, sed etiam vicinam eius, atq; finitimā Dialecticorum scientiā assūmere.

Et rursum post pauca:

Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima diffe- rendi. & postea, Qui Dialectici dicuntur, spinosiora multa pe- pererunt. Ergo cūm censeo, qui eloquentia laude ducatur,

B non

Orator
fit Diale-
cticus.

Apta Ze-
nōs cō-
paratio.

Aristote.

Orator
debet es-
se Philo-
sophus.

non esse earum rerum omnino rudem: sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi disciplina institutus, non erit primum vim, naturam, genera verborum & simplicium & copularorum. Deinde, quorū modis quidque dicatur, qua ratione verum falso sume sit, judicetur, quid efficiatur ē quoque, quod cuicunque sequens sit, quodque contrarium. Cunquē ambigū multa dicantur, quomodo quidque eorum diuidi explanari, poterat. Hac tenenda sunt oratori, saepe enim occurunt, sed quia sponte sua qualidiora sunt, adhibendis erit in his explicandi quidam orationis nitor. Et quoniam in omnibus, qua ratione docent & via: primum constitendum est, quid quidque sit (Nisi enim inter eos, qui disceptant, conuenit, quid sit illud, de quo ambiguit: nec recte distiri, nec vnumquam ad exitum perueniri potest) explicanda est saepe verbis mens nostra de quaue re, atque inuoluta rei notitia definiendo est aperienda. Siquidem definitio est oratio, quae quid sit id, de quo agitur, ostendit breuisimè. Tam, vt scis, explicato genere cuncta rei, videndum est, quae sint eius generis, sive formæ, sive partes, vt in eas distribuatur omnis oratio. Erit igitur hac facultas ei, quem volumus esse eloquenter, vt definiri et rem posit. Idemque etiam cum res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque praetermittatur, neque redudet, partitur ac diuidetur.

Quam denique sententiam ita concludit:

Nec vero Dialecticis modo sit instruunt, sed habeat omnes Philosophias notos & tractatos locos.

Quintili. Suprapositar Marci Tullij sententiae aperte subserbit Quintilianus lib. duodecimo oratoriarum institutionum de scientia diuinarum humanarumque rerum loquens:

Quae quidem, inquiens, cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, & rationalem, que tandem non est cum oratoris opere coniuncta? Nam (vt ordinem retrò agamus) de ultima illa, que tota versatur in verbis, nemo dubitauerit, & proprietates vocis cuiusque nosse, & ambigua aperire, & per plexa discernere, & de falsis indicare, & colligere ac resolute re que velis, oratoris esse; quamquam non est tam minutæ atque concisæ in actionibus vtendū, quam in disputationibus.

Ac post

Ac post pauca, quam velit artem proprio nomine aperitissimum explicans, subiungit:

Pars haec (inquit) Dialectica, sive illam dicere malimus si putatricem, vtilis est saepe, & definitionibus, & comprehensio nibus, & separandis que sunt differentia, & resoluenda ambi guitate, & distinguendo, diuidendo, illiciendo, implicando.

CAPUT VIII.

Quod Oratorum præclarissimi Philosophie, & peculiarter Dialectica studia coluerint, Quintilianus oratoriarum institutio. l. b. r. 12.

Quæ denique, inquit, intelligi fatem potest eloquentia ho minis optima neciūtis? Hec si ratione manifesta non essent, exemplis tamen credremus. Siquidem & Periclem, cuius elo quentia, eis nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quādam incredibilem, tum historici, tum etiam liberrimum genus hominum Comici veteres tradunt: Anaxagore Physici constat auditorem fusse, & Demosthenem principem omnium Grecorum oratorum dedisse operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum se debere schola Rhetorum, quantum Academias spatijs, frequenter ipse testatus est. Neque se tantum in eo vnguam fudisset vberitas: si ingenuum suo conse pto fori, non ipsius rerum nature finibus terminasset.

Quid hic ultimo loco dicit Quintilianus, ipse de se Cicero verum esse testatur, in prefatione libri de oratore:

Ego autem (inquit) & me saepe noua videri dicere intelligo, cum peruerterea dicam, sed inaudita plerisque, & fateor me oratorem (si modo sum, aut etiam quicunq; sim) non ex Rhetorum officinis, sed ex Academias spatijs extitisse.

Eodem in loco, & quæ de Pericle dicta sunt atque Demo de Rhetorica confirmat his verbis:

In Phædro Platon hoc Pericle præstissime ceteris dignitatem. In Oratoribus Socrates, quid Anaxagore Physici fuerit, auditor, à quo censet eum, cum alia præclara quedam & magna Locus is significata dicitur, vberem & secundum suisse, gnaritatemque, est, quem (quod est eloquentia maximum) quibus orationis modis, suprà cunctaque animorum partes pellerentur. Quod idem de Demosthenem existimari potest: cunus ex epistolis intelligi licet, quām frequens fuerit Platonis auditor.

P R O L O G Y S A P O L O G E T I C Y S

In libro vero de claris oratoribus, cum Bruto suo collo-
quio, etiam praeceptoris sui nomen exprimit, quo in
Dialectica est vñus.

Diodor. Eram, inquietus, cū Stoico Diodoro, qui cūm habuitisset
Cicer - apud me, necumque virxisset, nuper eft domi meæ mortuus,
nis in dia à quo cūm alijs in rebus, tum studioſimè in Dialectica ex-
lectica ercebar, quæ quasi contrafacta & astricta quedā eloquentia
præce- putanda eft, sine qua etiā tu Brute iudicauifisti te illā iustā elo-
ptor. quentiam, quam Dialecticā dilatata putant, conſeq̄ nō posse.

C A P V T I X.

Lactant. Quomodo fui contemptum vlcificatur Dialectica, vel in rno Epicuro
de Epicu- fidelissime voluptatis affertore (sic cum Lactantius Firmianus di-
ro diale- ego appellat nomine) luce clarissima cernitur; qui illam proſus con-
Eticas cō- temnen, & vt tranſuſum agentem quomodo Diogenes Lar-
tēptore. tius ait proſus repudiatis, in fedos Lapīus eft errores, de quo Tul-
lius libro fecundo de finibus bonorum & malorum, Torquato
collagens ita ait:

Dum Dialecticā, Torquate, contemnit Epicurus, quæ vna
Cicer - continent omnem & peripciendi quid in quaue re fit, sci-
Epicuri- eniam, & iudicandi quale quidque fit, hac ratione & via dispu-
errores tandi ruit in dicendo, vt mihi quidem videtur, nec ea quæ di-
imputat contem- cit, vila vult arte distingui.

Confirmit hanc Ciceronis sententiā, quæ ab Hugone à
prīu Dia- sancto Victore ſcribuntur libro primo didascalice erudi-
lecticā. tionis in hunc modum:

Cateræ artes prius reperte fuerat, sed necesse fuit Logi-
Hugo à cam quoq; inueniri, quoniam nemo de rebus conuenienter
ſancto differere potest, niſi prius reē loquendi rationem agnoue-
rit. Nam ſicut dicit Boetius, enim primitus antiqui circa rerū
naturas & morū qualitates inuestigadas operā impenderet,
necesse fuit ſape falli eos, quia vocū & intellectūm discre-
tionē non habebant: vt in multis evenit Epicuro, qui atomis
mundum confiſſere putat, & honestū voluptate metitur. Hoc
autē idcirco huic atq; alijs accidisse manifestū eft, quoniam
disputando quicquid ratioinacione cōprehenderant, hoc in
re ipſas quoque evenire arbitrabantur. Hic vero magnus eft
error. Neq; enim quicquid sermonū decurſus ratioinando
inve

P R O D I A L E C T I C A .

11

inuenierit, id in natura fixum tenerit. Quare necesse eft falli
eos, qui abiecta scientia disputandi, de rerum natura perqui-
rent. Niſi enim prius ad scientiam venevit, quæ ratiocina-
tio veram tenet, temeritatem disputandi, quæ verisimilem agno-
uerit, & quæ fidā, & quæ poſit eſſe ſuſpecta, rerum incotru-
pta veritas ex ratiocinatione non poterit inueniri.

Atque illud etiam magis Dialectica in veri inuestigatione
ne necelitatem indicat, quod hi quoque, qui eiū videri
volebant contemptores, aliquid ipsi ſimile conſigebant,
quo eius loco ſe vti dicere. Id quod de Epicureis aperte
teſtatur diuus Augustinus libro primo contra Cresconium
Grammaticum, capite decimotertio.

Noſti, inquit, quām maximè apud Stoicos viguisse Diale- Augusti.
ticā, quām & ipsi Epicurei, quos imperitia liberalium di de Epicu-
ſcipularium non folum non pudebat, verum etiam delecta- reis.
bat, quādā ſuſpiciendi regulas, quibus quicquid vñus
minimē falleretur, ſe potius tenere & docere iactabat. Quid
enim eft aliud Dialectica, quām peritias disputandi?

Errores autem Epicuri, in quos per inſcritam ratiocinan-
di viderit incidiſſe, Lactantius Firmianus libro 3. diuina
rum iſtitutionum ſummatim enarrat, his verbis:

Archipirata quāquam, vel latronum dux, ſi fuos ad gra-
fundum cohortetur, quo alio ſermone vi potet, quām vt ea
dem dicat, quæ dicit Epicurus? Deo nihil curare, non ira, nō
gratia tangi: inferiorum ponas non eſſe metuendas, quōd ani-
ma post mortem occident, nee vlli omnino ſint inferi voluntu-
pate ſumnum eſſe bonum, nullam eſſe humanaſ ſocietatem, fibi quemque conſulere, neminem eſſe qui alterum diligat, niſi ſui cauſa. Eſt plane, cur quipiam putet hanc vocē eſſe
viri sapientis, que potest aptissimē latronibus accommodari,

C A P V T X.

Quād nature non ita ſit fidendum, vt propter ea ars ipsa Dia-
lecticē vel contemnatur, vel neglegatur, ſed quod plerique faciunt.

Ex Cicerone libro quarto de finibus bonorum & malorum.

Quod oīc ingenij magnis prædicti quidam dicendi copiam Ars natu-
fine ratione conſequuntur, ars tamen eft diu certior, quām racertior
natura. Aliud eft enim Poetarum more, verba fundere, aliud

B 3

ea quæ

Lactant.
de errori
bus Epicu-
ri.

ea qua dicas, ratione & arte distinguere.

In dialogo quoque Platonis qui Phædrus inscribitur, Socrates de Rhetorica (quæ tamē minus videtur arte indigere) idē pronūtit: ubi à Phædro interrogatur, quomodo & unde veri oratoris arte sibi posset vēdicare, ita respōdet:

Confantaneum est, ὁ Phædre, fortē etiā necessariū quē admodum in ceteris rebus, ita & in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi naturārū sis orator, tribuerit, accedēt doctrīna & exercitatio excellens eris orator: Si quid verò horum tibi defuerit, mancus eris.

notar. Plato. Confinit & Quintil. lib. 2. oratoriūrū institutionum, Consummatos inquiens, in arte, plus doctrīnae debere, quā natura putabat sic in solo fecūdo, plus cultor, quām ipsa per se bonitas soli efficiet.

Hugo à sancto Victore. Pulchrit quoq; hac de re generali sermone, quātū ad oēs artes, differuit vir eximius Hugo à sancto Victore libro primo Didacticæ eruditōis, cuius ea in loco hac sunt verba:

Omnes scientiæ prius erant in vīu, quām in arte. Sed considerantes deinde homines vīsum posse in arte conserui, & quod vagi fuerat ac licentiosum, prius certis regulis & preceptis posse refringi, coperunt consuetudinem, quæ partim natura, partim vīu exorta fuerat, ad artem reducere, quod pratum habebat vīsum, emendātes, quod minus habebat, sup plentes, quod superfluum habebat, rēscantes, & de ceteris singulis certas regulas ac precepta præscribentes. Huiusmodi fuit origo omnium artuum. Prūsq; eset Grammatica, & scribabant & loquebantur homines. Prūsq; eset Dialecticā, ratiocinanda verum à fallo discernebant. Prūsq; eset Rhetorica, iura ciuilia tractabant. Prūsq; eset Arithmeticā, vīsum numerandi habebant. Prūsq; eset Musica, canebant. Prūsq; eset Geometria, agros mensurabant. Prūsq; eset Astronomia, per cursus stellarū tēporū dīcretiones capiebant. Superuenient artes, quæ sicut ab vīu principiū sumpterū, vīu tamē meliores sunt.

Ars vīsu Eandem hanc questionē prolixē simul & eruditē tractat melior. Rodolphus Agricola lib. 2. de inuentione cap. 5. Cuius etiam verba (vt certior sit veritati nouis atque veteribus cō-

probatae

probatae fides) hic non pigebit annotare. Primū itaque quæ stionem mouet.

Rodol- plus A- grico, de

Quid ergo dicit aliquis. Nōnne & ante inuentam Dia-

lecticē fuerunt artes, & disputatum est, & innuentum est ve- rum? Et nunc quoque quo tu quisque eorū qui disputant, Dia- lecticē tenet? Deinde quæstionē responderit: Non est, inquiēs, quod negem, hæc ita esse. Illi tamen quod Dialecticē docet, & faciunt, & fecerunt, multò commodius si hanc didicissent, fortasse factū. Quemadmodū & ante traditam Rhetoricē diserti viri fuerunt, & prūsq; literis comprehensa est, mu- sicē cecinerunt homines. Nec Hippocrates, vt primus in ar- tis imaginē medicinam coēgit, sic & primus cognovit mor- bum, profutura meditatus est, ægrū letauit. Faēta sunt hæc, antequam artes fierent, & ob idipsum quod crebro sunt fa-cta, longa rectē seculisque, factōrū annotationē artes effi- capere. Prouenire deinde præclara ingenia, quæ dispersa colli- gerent, confusa disponerent, explerent imperfēcta, rūda per- polirent, & omnia completerentur, nō modo quæ facta es- sent, sed quæ fieri etiam possent. Sic quod casus antē fuerat, copit deinde ratio esse. Et sequutum est, vt non quia factum iam esset aliquid debere fieri, sed quid debet fieri, crederent esse faciendum. Qui priores ergo fuerunt artibus, similia his ipsiis que nunc præcipiuntur, si quando rectē fecerunt, secuti sunt, sicut hodie plerique faciunt, quod artis est, sed non ex arte: quippe quam nullam habent, sed vel longa obserua- tione, vel ingenii quodam præstante vigore. Quantū re- tinus tamen, quanto melius expedirent illa, si certa artiū ra- tione ducerentur. Duratura enim feculsi ingenia, & quibus non præsentes solūm plaudunt, sed quæ omnis posteritas mi- retur, ea tum demum fiunt, quoties cum optima natura ars perfēcta coniungitur. Sie, quod Dialecticē est, inuenientur argumenta homines, & errorem malè inuentorum aliquando deprehenderunt, antea quām effent omnia præcepta il- lus in artis formam collecta. Aristoteles tamen, quīque post eum illa instrūti fuere, facile libris suis ostendunt, quām magnus sit vīsus eius, & quām tractandis omnibus rebus accōd modatus sit quæ sine ea nō solūm singula de quibus in artiū

Sentētia notatu dignissi- ma.

decursu dubitare tur, explicari nequirent, sed ne artes quidem colligi possent, & in hanc, quam acceperunt, redigi formam.

C A P V T X I.

Quod eruditio Dialectica, ceterarumque disciplinarum liberalium, à Christiana professione non sit aliena, nec perspicere veritatem prebeat impedimentum. Augustinus libro tertio contra Academicos, capite decimo octavo.

Augusti.
de libera
liu artiu
studij.

Erudito, inquit, artuum liberalium, modesta sanè atq; fuc
cinēta, & alacriores & peruerantiores & compitores
exhibet amatores amplectēdā veritati, vt & ardentes apper-
tant, & cōstantius insequātur, & inhāreat postremo dulciss.
Idem lbr. i. contra Creticonum Grammaticum, capi. 2.

Hanc artem, quam Dialecticam vocant, quæ nihil aliud
doceat, quā consequentia demonstraret, ſeu vera veris, vel fal-
ſa falſis, nunquam doctrina Christiana formidat: ſicut eam
in Stoicis non formidabat Apofolus, quos ſecum volentes
conferre non refutavit. Et ipſa enim faciat, & veram eft, nemī
nem diſputando ad conelusionem falſam confequentem impelli, niſi prius confeſſerit falſis, quibus eadem conelusio, ve-
lit nolit, efficitur. Ac per hoc, qui caueat, ne loquente confe-
quantur falſa, quæ non vult, volens falſa caueat, quæ p̄ce-
dunt. Si autem præcedentibus veris inhaerit, quæcumq; con-
ſequentia per p̄fexerit, quæ falſa exſtimabat, vel de quibus
dubitabit, admonitus amplectatur, si veritati est pacatissime
amicior quām contentioſissimam vanitati.

Eodem in libro per multa capita ostendit, & Chriftum
& apofolūm Paulum, ac ceteros, vios effe Dialecticā in di-
ſputando, neque quenquam Dialecticā volentem agere cum
Christianis effe reſpiendit. Donatiftas quoque illos non
rationabiliter agere offendit, qui dicerent ſe nec velle, nec de
bere cum eo in diſputatione congregari, eo quōd effet Diale-
ctica arte inſtructus, eaque inter diſputandum vteretur, ac
proinde fugiendum magis & cauedum, quām refellendum
reuinendūm cenerent.

Sanctus Clemens successor Petri insignis ante Christianissimum
Philosophus libro primo recognitionum, vbi à Petro inter-
rogatus reddidisset ea, quæ pridie ab eodem audierat, eaque
tam

tam euidenter narrasset, vt Petrus gaudio perfusus, testare-
tur à Clemente illa euidentius effe redditā, quām à ſe expo-
fita fuerat: ita praceptorū ſe collaudanti respondit:

Narrandi ordinem, & lucidius ea, qua res experti profe-
rendi, eruditio nobis contulit liberalis, qua ſi vitium in an-
tiquitatis erroribus, & pernicie viræ verborum decore ac
ſuauitate decidimus. Si vero ad afferendam veritatem, eru-
ditionem sermonis, & gratiam conferamus: puto ex hoc non
parum utilitas acquiri.

Rupertus abbas Tuitionis, vir diuinarum pariter & hu-
manarum literarum peritissimus, cuius multa extant in di-
uitias ſcripturas præclara volumina libro septimo de ope-
ribus Spiritus sancti ita ſcribit:

Paulus Apofolus non ſtudia condemnat, vel ſcholas
Grammaticorum, Dialecticorum, Rhetorum, Arithmetico-
rum, Geometricorum, Muſicorum, Afronomorū: fed hoc
in eis culpat, quod nō queſerunt ex eis sapientia fructum,
proprio quem artes ita à Deo datae ſunt, id eft, in notitia
habere Deum, & glorificare ſicut Deum. Et rurſum:

Reuera Dialecticā ars veritatem non perfequirt, nec
verbo Dei nechtī vinculum, fed potius veritatem ſequitur, et
verbū Dei verum fidis argumentationibus comprobat,
ſi quis legitimē vtatur illa. Proceſſum ſacræ ſcripturæ di-
ligerenter alſipicit Dialecticæ ſimil & Rhetorica ſtudioſus pa-
riter & benevolus: & p̄debet, quod eam, tanquam dominam
ſtam famulū profequuntur.

C A P V T X I I.

*Quod etiam ad ſcripturas exactius intelligendas plurimum con-
ducat peritia Dialectica, Augustinus libro ſecondo de doctrina
Christianæ, capite triceno primo.*

Difputationis diſciplina, ad omnia genera quæſio-
num, que in literis ſacris ſunt penetranda, & diſſol-
uenda plurimum valet. Tantum ibi cauenda eft libi-
do riſādi, & pueris quēd ostentatio decipiād aduerſarii.

Et iterum capite. 37. Dialecti
ca ad ſcri-
pturā
putarū
intelle-
ctum vti-
lis. Aug.
B 5 fit er

Scientia conelusionum, & definitionum, & distribu-
tionum, plurimum lectorum ſcripturarum adiuuat: tantum ab-

PROLOGVS APOLOGETICVS.

sit error, quo videntur homines sibi ipsam beatæ vitæ veritatem didicere, cùm ista didicerint.

Rupertus Tuitiens.lib.7.de operib. Spiritus sancti cap.13. Primum hoc afferere licet, quia genus, & differentia, species, & proprium, arque accidens: quæ sapientes seculi pro magnis atque arduis habent, quasi prima diuina scriptura incipientis elementa sunt. Vbi verius aliquot ex primo capit. Genesios profert, in quibus generis & speciei fit mentio, sic prosequitur, Genera ista & species fine dubio sunt, de qui bus apud Philosophos sermo est.

Ac deinde:

Dicamus ergo, quid in ipsa sancta scriptura litera, & similes sit quod inuleat, & sapientes, aut Philosophos quod exerceat. Arbitramur enim, non minus ad hanc scripturam, quam ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam esse necessariam, scire quid sit genus, & quid differentia, & quid proprium, & quid accidens. Quæ deinde particularum author ite prolixo sermone prosequatur. Postremo, huius capituli sermonem ita concludit: Huius artis utilitas & virtus tota ostenditur in syllogismis, quorum conclusio plurimum lectorum adiuuat, ad veritatem inuestigandam tantum: ut ab isti error decipiendi aduersarium, per sophismata falsarum conclusionum. Quis autem omnium secularium ira ut hæc sancta scriptura fortiter aut fuiuerit nevit, aut potuit nodosum texere aut stringere syllogismum?

De omnibus vero artibus liberalibus, quod earum sit in scriptura sancta bonus vius, generalem profert sententiam, capite decimo in hæc verba:

In gressu sunt ergo septem artes liberales, tanquam famulæ in factum & reuenerendum domine fuit sapientia triclinium, & quasi de triujs licentiosis, ad distractum & feuerum verbi Dei magisterium dispositæ, & asidere iussæ sunt. Vagabantur enim prius per circumitum, lasciuæ, garrulae, & verbosæ puellule, nihil operantes, sed curiosæ agentes solumento, vbi negotiœ magis esse videbantur circa creaturam discentiam curiantes, ipsum autem creatorem negligentes. Missæ sunt ergo in opus, vt non iam quod superfluum erat, de creatura mundi fabularentur, sed serio fideliter quod

PRO DIALECTICA.

14

quod expedire, de creatoro loquerentur, bonumque ad honorem eius sermonem opere splendido texentes, operarentur, id est, vt iam non res verbi, sed verba rebus ornarentur.

CAPUT XIV.

Quod Dialectica ad evenerendos secularis sapientia errores ergo
valeat, si quis ea recte ritatur. Hierony. in Cömen. super Ezech. Hieron.
Verè quicquid in seculo peruerforum dogmatum est, quicquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc Dialectica arte subuertitur, & infar incendij in cineres fauillasque dissoluitur: vt probetur nihil, quod putatur esse fortissimum.

Augustinus in libro de cognitione veræ vitæ candem confirmat sententiam, dicens: Ad omnia quidem humana potentem esse Dialecticam, tametsi ad diuinatus perfectionem, vi in se est, non posset pertingere.

Dialectica, inquit, differendi potens, potenter dubia quæque definiens, cunctas scripturas euibrans, & euferans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cùm in Diuinitatem intendit, tantæ maiestatis luce pauidum caput tremefacta recessit. Hoc ipsum videtur velle Lactantius Firmianus, cum libro quanto Diuinarum institutionum dicit, Philosophiam humanam suis armis esse confitam, quia nimur disputandi officio (quod ipsa docet) quicquid à Philosophia humana non recte, id est, non consonè ad Christianam sapientiam dicitur, potenter destruitur, & falsum esse Dialectica disputatione concinuitur.

CAPUT XV.

Quod sic Deo placitum sit, per liberales artes hereticorum fragmenta
dissoluere, Rupertus libro septimo, de operibus Spiritus
sancti, capit. nono.

Amplius autem & hoc non erit prætereundum, quia quos Ecclesiastice fidei defensores habere, quorum lingua contraherentur, vel ad erudiendam Ecclesiam sicut Dominus vti dignaretur, ipse egit, ipse prouidit, prius artibus liberalibus instruerentur, & in matris periculum ad pugnandum descenderunt in nauibus, prius quasi circa littora leuioribus ludis exercerentur.

Et rursus

Infructuosos libe
ralibus
tibus vult
Deus se
fidei ca
tholice
defenso
res.

Et rursum eodem in loco:

Grata vicisitudo hæc erat, ut fideles qui liberalium facultates habebant artuum bene vtendo illis, contra hæreticos eisdem artibus malè videntes veritatē defenderent, quod erat potare Iesum fatigatum, & sittentem: atque hoc facientibus, daret ipse aquam viuam, magis ac magis aperiendo illis fenestram, ad veritatem scripturarum intelligendam. Factumque est hoc modo amicum pulchrumq; commercium. Ipsi quam de Philosophicis hauserant putres, postulant domino porre xerunt aquā, de qua ipse dicebat: Omnis qui biberit ex aqua Ioan. 4. hac, sicut iterum: & accepterunt ab eo aquam viuam, de qua qui biberint (ait idem) non sicut vñquam.

C A P V T X V .

Quod hæretici in suis erroribus stabilendi plurimum vñtantur Dialectica. Hieronymus in disputatione contra Luciferianos de Arria na hæreti id manifeste refutatur, dicens:

Atrij hæreti magis cum fecili sapientia facit, & argumentatione riuos de Aristotelis fontibus mutuatur.

Idem in enarratione Psalmi. 143. secundū mysticū sensum verbū illud enarrā: Nō est ruina macerie neq; trāitus.

Dificilē hæreticos inuenies imperitos. Omnes enim magistri in instruēti sunt scientia seculari. Non habent rete Apologeticum, sed catenulas Dialeticas. Non est ruina maceria neque transitus. Siquando sunt in disputationibus, siquando tecum ceperint disputare, sic verba eorum brevia sunt, sic artifici sermonē conculca, vt evadere inde difficile sit. Cū enim ligauerint te syllogismis suis, & te clauserint, & quasi maceriam tibi syllogismum texuerint, & adsciscuerint, non potes conuertere, non potes transire, teneris inclusus. Cumque te tenuerint quasi quodā gyro inclusum, tūc nos eris in angustiā quæ dicit adūtā, sed in lata quæ dicit ad mortē. Idē super illo Psalmi. Et cypnhe in oībus finibus eorum.

In cypnhe, inquit, Dialetica artis stimulū intelligitur, quæ licet parvum habere videatur sedūtio nō aculeum, grauisimē tamen sauciā mentes humanas.

C A P V T X V I .

Quod nimium in hoc iniqui sunt & improbi hæretici, cum ipsi ad op̄ps

oppugnationem veritatis libenter & frequenter vtantur & Dialectici & Rhetorici & ceteris liberalibus artibus, nolint tamen hac à veritatis affectuibus, ad veritatis defensionem vñparari, & eos qui illis vñtuntur, hac ratione criminarunt, tanquam Sophistas, & Christiane simplicitati expertes. Augustinus lib. i contra Crescențium Grammaticum.

Dialecticā, inquit, mihi obijcere voluisti, quasi Christianæ nō cōgruat veritati, & ideo me doctores vestri velut hominē Dialeticū merito fugiēdū potius & cauēdū, quā refellendū atq; reuincedū conuenierunt. Quod cū tibi nō perfunserunt (nā te aduersus nos etiā scribēdo disputare nō pignit) tu tamen in me Dialeticā criminarū es, qnō falleres imperitos, illosq; laudares qui disputādo meū congregi noluerant. Sed tu videlicet Dialeticā nō vteris, cū cōtra nos scribis? Vt quid te ergo in tantū disputationē periculū protegisti, cū disputationē nō noueris? Aut si nosti, cur Dialeticus Dialeticā criminarisita vel temerarius vel ingratus, vt aut imperitā quā vinceris, non refrenes, aut doctrinā quā iuvaris, accusēs. Inspicio sermonē tuum istū ipsum, quē ad me scripsisti. Video te quāda copiosē ornateq; explicare, hoc est, eloquenter; quēdā verē subtiliter argutēque differere, hoc est dialecticē, & tamen eloquentiam Dialeticāmque reprehendere. Si noxia sunt, quare hoc facis? Si non sunt, cur arguis?

Apud Hieronymū quoq; in Dialogo aduersus Luciferia nos, idem in promptu est videre: vbi Luciferianus hæreticus, cū ab Orthodoxo vi argumento vñrgeri se conspicere, nec ullum sibi superefet effugium, iterum iterumque postular, Christianē secum non philosophicē agi.

Ore te (inquit ad Orthodoxū) vt Philosopherū argumētatione deposita, Christiana meū simplicitate loquaris: si tamen nō Dialeticos sequaris, sed pescatores. Et iterum:

Iam & superioris rogavi, vt nō philosophicē, sed Christianē meū loquaris. Nimirū quod ita metuāt hæretici Dialeticos neros, virtutē ipsius artis & efficaciā testatur: cui se non posse resistere meruit, sibi malē concīpi. Et (uxtra Salvatoris verbū) Omnis q; malē agit, odit lucē, & ad lucē venire forin dat, ne arguātur opera eius. Huc etiam pertinet impietas illa Juliani

Hæretici
Dialetici
cā in Orthodoxy
criminātū.

PROLOGVS APOLOGETICVS

Iuliani, quā in principio prologi commemorauimus.

C A P V T X V I I .

Non est hoc esse damnandam Dialecticam aut fugiendam, quod plerique ea ad captiones sophisticas aut deceptions abutantur, cum nihil sit ita bonum, quo non prauis abutantur.

Augustinus lib. i. contra Cremonum Grammaticū: Neque enim pro patria non est miles armatus, quia cōtra patrī nonnulli arma sumperferunt. aut ideo ut non debet homini dōctiç medici medicinalibus ferramentis ad salutē, quia his ad perniciem etiam indocti pessimiç abutuntur. Quis enim necfūt: sicut vtilia vel iniutilia fuerint, que queruntur, ita peritiam facultatiç dicendi sic esse vtilem vel iniutilē, vt fuerint vtilia vel iniutilia que dicuntur?

Rodolphus Agricola lib. 2. de inventione:

Dialecticū vtile esse certi est, si falli, decipi, vera pro falsis, falsa pro veris accipi, iniuste putauimus. Fallitur tamē nō iniquā Dialecticus, & pro veris falsa tradit. Euenit id quidē, sed & nauem aliquando gubernator eruerit, & medicus aliquādo perimit. Hominū sunt ista, non artū. Atq; vel eo magis fatēdū erit vtile Dialecticē, cū & qui oratione seducere astu persepe, nulla etiam instructi arte id faciat, & qui fallitur, si artē calleret, vel neq; aq; id, vel minus vtiq; patereetur. Sanē sicut reliquias artes quae remedio sunt inuentae, humanis necessitatibus nō potuerunt incurrere incōmodis, nisi prius ea detergerent. Sic Dialectice cū magna ex parte in eo sit posita, quo pačto laqueos captiōnē fraudemq; in dicēdū vitemus, necesse habuit aperire insidias, & ostēdere quā variē q̄ capi posset. Que si quis inde de promptū vtedā sibi putauit, non artis hoc est, culpa vitare fugienda monstrantis, sed improbitas scētari fugienda cupientis. Aperienda enim sunt vt caueant mala, & nemo artifex tantum remedia nouit.

Simile quiddā Diuus August. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 35. de eloquentia dicit his quidem verbis:

Sunt etiā quādā praecepta vltioris disputationis, quādā eloquentia nominatur, quae nihilominus vera sunt, quāuis ea possint etiā falsa persuaderi. Sed quia & vera esse possūt, nō est facultas ipsa culpabilis, sed ea male vltiū peruerstas.

Exhortatio

16

EXHORTATIO AD

INGENVOS ADOLESCENTES,

vt Dialectica ceterarūque liberalium artū studio,
dum per etatē licet, diligenter incumbant,

neq; ab honestis & utilissimis studijs

vilo deterreantur labore.



Ropofitis eruditissimorū virorum senten
tij, quibus Dialecticæ ceterarūque li
beralium artuum dignitatem, virilitatē, ac
necessitatem existimamus abundē demon
strata, vñ hōc supereſe videbatur adō
leſcētes optimi, adiuſus laborem, qui in
primo liberalium artium aggreſſu, maxime autē in ipso Dia
lectices primo limine ſeſe offerre & oftentare ſolet, infirmos
veſtos & laboris impatiētes animos conſimare, pauidaq;
peſtora breui exhortatiuncula conſolatur: ne forte labore aut
diſſicultate principiorū deterriti, à capſendis bonarum
artū ſtudijs, quibus hac fanē & atate nihil vobis proponi poſit
vtilius, vla ratione deſistatis. Principio enim illud vobis
certiſſime peruaſum eſſe debet, quod apud Platonem Socrates
de huiusmodi ſtudijs loquens ait, eū qui Philosophia ſa
cerſit initiandus, ad labores ſuſcipiendoſ nequaquam clau
dum eſſe debere: itavt eos partim quidem aedat, partim re
eſufet, fed magno & iniuste animo ad ſuperandum quicquid
in eis occurrere poſit laboris, paratum ſeſe offerre, & infati
gabile. Verum ex aduerſo laborem iſtum conſolatur, & lenit
moleſtam, prium quidem illud quod in omni opere viu
uenire doceſ experientia, vt peculiare diſſicultatē habeat ag
greſſus, progreſſus verò rem faciat leuiorē. Cui ſententie apud
Plato. Socrates aſſipulatur, dicens: Omnis operis maximū qd
eſſe principiū, præ fertim inueni cuq; & tenero. Ut nō imer
to cecinet Poeta dumidiū facti habere eū, qui bene coperit.
Deinde & hoc peculiare habet Dialecticæ ſtudiū, quod pro
greſſus non ſolū leuiorē reddat laborem, verum etiam ſuaui
tate magnā adlerat adeo vt statim poſt prima limina tranſi
ta, singularis quādā ſentiri incipiat in diſcendo voluptas,

Socrates
apud Plat
oneum.

interiorq;

Augusti.

interioriſ ſuauitas, quaē animū laboris moleſtia grauatum ſua blanditiſ demulcet, ſibiique reſtituit, atque ad yteriorem progreſſum inuitat: ita vt iam vtrō in penitiora currere getiat, qui paulo ante vix ad ſubēda prima limina, vel improubiſ horatibus potuit impelli. Adeoque temporiſ ſucceſſu, & ſtudij profectu illa increſcit ſuauitas, vt etiam periculi nōni hil ab ea immineat, ſi non modū qui in omnib⁹ rebus iuxta Poetā, eft virtus pulcherrima illi p ratione adhibeas. Huus Aul. Gel. reverierat apertissime teſſatur Aulus Gellius Atticarum no de studio Dialectice etiā lib. 16. Is enim capite nono eius libri, vbi ex Dialectice ca breu libamētum (vt ipſe ait) dediſſer, quibusdam explica- tis, que ad illius determinationem pertinent, nimur quid ſit quod à Gracis ἔρωτε, à nostris pronuntiatum vel proloquutum eft appellatum, quid item pronuntiatum adiunctum ſine conneXum, quid coniunctum vel copulatum, quid diſiunctum, & que ad huiusmodi pronuntiatorum veritatem requirātur, eaque omnia appofitè & copioſe, adhibitus ad ſin gula ex ep̄lis, diſeruerit (vt vel ex uno hoc loco teſtatiſimū ſit virū illū Dialecticæ artis nequaquam fuſſe imperitum) tandem caput hoc finitum, ſuam de Dialecticæ ſtudio ſentiam protulit, quam hic ad verbū citare, quō certior eſſet ſi des, duximus opereptiū. Sed hoc iam breue, inquit, ex Dialecticæ libamentum dediſſe non fatiscerit. Atque illud ſolū addendum admonendumque eft, quod huus diſciplinæ ſtudium atq; cognitione in principijs quidem tetra & aspernabilis inſuauis; & incuiuſi videri ſoleat: ſed vbi a liquantum pro ceſſeris, tun demum & emolumentum eius in animo tuo di lucebit, & ſequetur quædam diſcipli voluptas infatiabilis: cui ſanē ſi modū non feceris, periculum nō mediocre erit, ne vt pleriq; alii, tu quoq; in illius Dialecticæ gyris atque Meātris, tanquam apud Syreneos ſcopulos cōſenſcas. Hęc ille. Quibus ſanē verbi quid poſſit dici apertiua ſunt aduerſus laborē & horrorem qui in ipſius Dialecticæ ſeſe oſtentat principijs, quid proferi potuit efficacius? Neque vero illa tantum, quaē in ipſo diſcipli exercitio ſtatim poſt principia ſeſe oſtentat ſuauitas, moleſtiam iſtam conſolat, verum etiam multo ma gis fructus ille multiplex & copioſus, quem huiusmodi pro ferunt

ferunt ſtudia, & que ex eis abundē magna prouenit utilitas, ad ſuiciendū tantillum laborem, & diuidimq; illud quanto lunçinq; deuorādū, merito debet inducere. Et plane quod apud Ciceronem, lib. de oratore, Cratius de iuriis ciuilis cognitione ait, nobis nō minori iure lecit dicere: Caſtigemus, inquit ille, ſegnitium hominum atq; inertiam. Nam ſi effet iſta cognitione iuriſ magna ac diſſiſilis, tamen utilitatis magnitudine deberet homines ad ſuiciendum diſcendi laborem impellere. Liceat & nobis hoc exemplo, o delicati adolescen tuli, ſi non defidiā inertiāq; veſtrā caſtigare, certe tumo rem vanum, quo veſtrū pleriq; a ſtudij vtilitoribus auocantur, blađa oratione depellere. Profecte enim, iſta cognitione iſta Dialecticæ magna & diſſiſilis videatur, tamen utilitatis magnitude, imo & neceſſitatis coſideratione, deberet vos ad ſuiciendum diſcendi laborem impellere. Quām ehem si huus cognitione virilis, neq; vtilis tantum, verum etiam neceſſaria ad omne diuinarum humanarumq; rerum cognitionem, ea, que paulo antē ex eruditissimorum hominum libris pro tulimus, clarissimè demonſtrantur: neq; eadem hic repeteſt opera & preium fuerit. Memineritis itaque, o adolescentes, ſi quando labore fatigemini, veriſimili illius apophthegmati, quod Platoni frequērāt in ore. Difficilia eſſe, que pulchra. Plaro. Ac rurſum illius, quod Diogenes Laertius refert Ariftotelem Aristotele, ſuis diſcipulis dicere ſoluit: Liberales ſcientias radices quiden habere amaras, ſed fructus ſuauas. Sicq; coſideratione futura utilitatis, praſentem laborem leuite ferre aſuſcere: illud ſubinde Virgilianum animo reuoluentes, atque etiam (ſi libebit) ore hilari cantillantes: Forſan & haec olim memiſſe iuuabit. O paſſi grauiora, dabit Deus his quocq; finem. Durate, o iuuenies, durate, & voſmet rebus feruate ſecundis. Via non omnium ingeniorum equalis eft captus, fed alij plurimi, & maiorum, alij pauciorum & minorū ſunt capaces, iuxta veris illud: Non omnia poſ ſumus omnes: viſum eft nobis, in ſequentiibus ſiglio rum quorundam diſunctione ea, quaē in Dialecticæ cognitione habentur præcipua, ab alijs, quaē non ita omnibus ſunt neceſſaria cogitū, ſeparare: vt pro vario captu adoleſcentū

præceptores, vel omnia, vel plura, vel pauciora creditis libri
discipulam proponat, atque edicenda tradant. Vbi cuncti igitur
signum huiusmodi triplex *** ad marginem conplexeris,
scito ea quia ab illo loco habentur, vñq; dum ad manu indicet
perueniatur, non omnibus esse necessaria, posseque ab ijs, qui
tantum præcipua, & quasi capita rei Dialetica quarunt, omittit
ti ac transfliri? Porro definitiones, & regulas Aristotelicas ad
verbū ex Aristotele Porphyrioq; defumptas, maiori characte
re describi curauimus; ceteris autē, quibus non est tata autho
ritas, duplicita huiusmodi notulā “ad marginē affiximus in
omnibus vestro cōmodo cōsulere bene cupiētes. Bene valete.

De prædicabilibus

LIBER PRIMVS.

P R A E F A T I O .

DIALECTICA confederatio recte
ordine à simplicioribus ad composta pro
cedens, primum quidem circa simplices vō
ces & incōposita vocabula veratur. Quæ
Dialetica cōsideratione pars, libris duo
bus, (quorum alter de quinq; generibus nī
uerſalium, alter de decem tractat prædicamentis) traditur.
Post verò hanc simplicium contēplationem, proximum est,
vt quæ prius separatis considerata sunt, in completas enum
erationes, atque propositiones componantur, quibus verum aut
falsum pronuntiantur, quam rem liber tertius (qui de enun
tione inferitur) expediet. Subsequitur deinde post simplicium
enumerationum tractatus, vt doceatur quomodo adin
uicem certis debitissimis modis illæ vñlē vñlē connēcti, sic vt ex al
tera alterā sciamus vera certa; ratioinatione inferre, atque
ex alia aliam vel aſtruere, vel deſtruere. Hic enim finis est, &
principia utilitas Dialeticae discipline. Ad hanc autē rem,
primo necesse est, certas præscribi formas argumentationū,
secundū quas fieri debeat illatio, bonasq; formas à malis di
tingui, quas liber quartus, qui de quatuor erit speciebus argu
mentationum) describet. Deinde necesse est, vt loca certa de-

figmentur, ex quibꝫ argumentationum sumatur materia, &
ad conclusionem quamlibet congrua adserantur argumenta
ta. Atque hoc quintus liber (cui de locis Dialeticis erit tit
ulus) designabit. Postremo, aduersus sophisticas captiones li
ber sextus constitutetur: in quo latens illarum falſitas, & appa
rentis causa deceptionis manifestabitur. De demonstratio
ne autem librum speciale non faciemus: sed quæ de ea di
tere volumus, in quarto libro, opportuno loco, constituentur.
Nunc itaque ad id, quo d primum est prōpositum, id est,
de quinque vñuersalium determinatione agamus.

C A P V T P R I M V M.

De indiuiduo & vñuersali in genere.

I

llud in primis aduentendum est, in vñuersa Dialetica
determinatione, principaliter fieri sermonem de vōcibus,
sive simplicibus, sive compositis: nō tamē de ipsis quatenus
duas vōces sunt, sed quatenus significatiꝫ sunt rerum, ad
quas significandas sunt imposita. Atque hinc si, vt frequen
ter nunc de vōcibus significantibus, nunc de rebus significa
tis permīstis loquamur: & quæ de vōcibus dicuntur, ea suo
quodammodo rebus etiam significatis competere, atque econ
trario. Atque ita in sequentibus, de indiuiduo, de genere,
de specie, de differentia, de proprio, & accidente: nunc de re
bus, nunc de vocabulis, velut permīstis sermo habebitur.
Primo verò omnium scire oportet, quomodo indiuidua dis
tingui debeat, atque separari ab vñuersalibus. Sunt enim
indiuidua termini singulares, vnam tantum rem singularem
& particularem significantes. Vñuersalia verò sunt termini
communiore, multas res generali & communi significatio
ne designantes. Definitor enim indiuiduum hoc modo:

Indiuiduum est, quod de uno solo prædicat. Defini
Cuius definitionis hic est sensus: Indiuiduum est vocabu
lum, quod ex sua significationis, quam habet proprietate, nō
potest de pluribus rebus diuīsim prædicari, id que vñiuocē, id
est, secundum vnam eandemque significationem. Exempli
gratia: Ioannes indiuiduum est, quoniam non nisi de uno po

to indi
uidui.

test secundum vnam significationem prædicari, dicendo: Hie homo est Ioannes. Quod si alium quemlibet ab hoc demonstrat de signaueris, dicens: Etiam iste Ioannes est, hoc manifestum est non secundum eandem, sed secundum variatam significationem sic dici. Individuum enim ex sua significationis natura, secundum vnam significationem, non nisi vnam rem singularē potest significare: ac proinde secundum vnam significationem non potest nisi de vna re singulari prædicari. Dicitur autem individuum secundum hanc rationem (uxta interpretationem nominis) quod ita sit singularē, vt diuidi non possit in plura particularia, de quibus possit prædicari. Per contrarium vero vniuersale definitur, hoc modo:

Vniuersale est, quod prædicatur de pluribus

Quam definitionem, sic intellige: Vniuersale est vocabulum eiusmodi, quod secundū generalitatē sua significationis quā habet, de pluribus diuerbi potest diuiniū sive in diversis propositionibus prædicari, idque vnuoce, id est in eadē significatione. Verbi gratia, homo vniuersale est: quoniam & de Petro prædicatur, dicens: Petrus est homo. & similiter de Paulo, Iacobō, ac ceteris omnibus particularibus hominibus signifatim pōt̄ prædicari. In his autē omnibus, vocabulū homo, eandem semper habet significationē, de quoquāc ī dividuō predicitur. Vna enim eadem: significatione, vox homo, vniuersos homines particularēs in humana natura cōmunicantes significat. Neq; alia habet significationē cū dico, Ioannes est homo, quām cū dico, Petrus est homo. Vt rōbique enim generaliter omnes homines particularēs sib̄ generalitatē significantur. Vocatur autē vniuersale alio nomine prædicabile. Secundum enim rem ista cōvertuntur: quoniam quicquid est vniuersale, est & prædicabile, & econuerso. Diuersa tamē ratione aliiquid dicitur vniuersale & prædicabile. Vniuersale enim dicitur, quatenus ēt vniuersale sive generalē & cōmūnē atque participabile multis principaliter significat. Vt (verbi gratia) homo principaliter & prima tio significat humānā naturā, in qua conueniunt, & cōmunicant, quamquāc participant omnes particularēs homines. Sic

animal

animal naturā animalē cōmūnē omnibus animantibus. Atque has vocant naturas cōmunes arg: vniuersales. De quibus a nōnullis solent plurimae & difficillimae in ipso Dialeti cōdeterminationis ingressu moueri quæstiones, quæ tamen quoniam ad Metaphysicā potius spectant, nequaquam huic loco inferēda arbitramur. Sunt enim suis locis dicēda tractādaq; singula, vt nō sub onere succubār recentia arque tenella discipulorū ingēnia. & hoc maximē prouidendum est libera- lūm disciplinarū tractatoribus, ijs potissimum, quibus mollis acta ac tenera est instituenda, ne rerum sublimiū ac puerilis tenuitatis captum longē superantū nimia difficultate in ipfis statim foribus propofita, animū despondeant tanti laboris impatiētes adolescentiū. Prædicabile vero dicitur, quatenus de pluribus potest propter significationis sua generatilitate, prædicari. Quod autē terminus quilibet possit de pluribus prædicari, inde habet, quia vniuersale aliquā & multīs cōmūnē, vel cōmunicabili naturā significat, cū qua simili & omnia individua vel inferiora in illa natura cōmunicantia, velut secundaria significatione, includit. Atque ob hanc causam videretur prædicabile sic consequi ad vniuersale, quomodo rōbibile cōsequitur ad hominē, sicut propriū ad subiectū, de quibus latius in sequentibus, vbi de proprio agetur.

C A P V T . I I .

De quadruplici individuali, & primū
de individuali determinato.

Sunt autē individua quædā, quæ vocantur determinata, vocabulū feliciter ad significandum determinatā. Individua & certam rem singularem ex arbitrio imponētiū in- stituta. Atque haec potissimum inueniuntur in angelis, tābō termininis, quām malis, & in hominibus: atque etiā in nonnullis animalibus domesticis. In angelis, vt Michael, Gabriel, Raphael, Beelzebub, Afrodite, Lucifer. In hominibus, vt Adā, Noe, Abraham, Daud, Salomon, Perrus, Paulus, Eua, Sarra, Noemi, Maria, Catharina: in domesticis animantibus, patet ex appellationibus equorū, vaccarū, canū, & similiū, quibus pro suo arbitrio domini nomina imponitārū quæ ita etiā affue-

C 3 faciunt

faciunt animalia, ut mox ad auditum sui nominis accurrat, id quod experientia notum facit. Habent quoque fluvii & montes sua nomina, & praeter vrbes, prouincias, ac regiones, etiam loca alia quomodo insignia. Nomina fluviorum sunt, Mosa, Dilia, Timera, Schalda, Sequana. Nomina montium, ut Sinai, Thabor, Hermo, Monipefullanus, Monroeianus, & similia.

- **
1. Cor. 15
Gen. 3
Gen. 17.
- In his autem determinatis individuis hoc est diligenter aduertendum, quod plerique secundum vim suae originis, & radicem suae significations communia & vniuersalia sunt. Quemadmodum (exempli gratia) Adam, si respiciamus ad originem Hebreorum vocis significacionem, communum nomen est, terrenum significans, sive eum qui de terra factus est. Cui significacioni alludens beatus Apostolus, & Adae veterem, & Christo novo Adae conferens, ait: Primus homo, de terra terremus, secundum quem respiciunt omnes homines recte. Adam dici possunt, idque profructus vniuersitatem. Omnes enim de terra natu terreni sumus, in terra illa vniuersi generi humano definita firmatamque sentientia: Terra es, & in terra reuerteris. Sic Abrahā secundum partium significacionem patre gentium significat, eo quod Dominus voluit Abrahā fieri patre multarum gentium, iuxta illud Generationis: Patrem multarum gentium posuit te. Hac autem significatio, etiam Apofolorum cuilibet recte cōpetit, & iure singulos eorum vocare poterimus Abrahā, quoniam patres sunt secundum spiritum multarum gentium, & principes populo rum, quos Christo generuerunt per Euangelium. De quibus & in Psalm. dicitur: Principes populorum cogregati sunt a Deo Abrahā, &c. Sic Petrus dictus est a petra, propter firmata tem fidei, dicēta ad illū Dominum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Atque hoc pacto Petri sumus, quicunque supra petrā Dominum in firma fidei confessione fundati sumus. Hac ergo omnia ex vi quidem suae originalis significacionis sunt communia vocabula, sunt tamen ad determinatum significandum singulares personas imposita: atque ideo, donec ut individua accipiuntur, non nisi una rem determinata & particulariter significat, una significacione. Cum vero secundum illa sive originis significacionem accipiuntur, non iam individua, sed vniuersalia sunt,

C A P Y T . I I I .

De individuo ex demonstratione.

Alia vero sunt individua ex demonstratione, cum vide „ Individuum terminum communem cum pronominis demonstrativo sumimus, ad unum aliquid particulare designandum. „ ex demonstrativo cum dicimus, hic homo, illa arbor, istud aurum, ego de „ mons, tu fortis. Et interdum quidem terminus sic aperte exprimitur, interdum vero subintelligitur. Atque id rursum vel propter contemptum, quemadmodum accusantes Christum Iudei dicebant: Hunc inuenimus subuentum genti nostrā. Vel propter honoris estimationem. Ut cum dicerent populi eundem paulo ante magnificantes: Hic est Iesus propheta à Nazaret Galilea. Interdum vero tantum propter claritatem sentientiae, eo quod ex natura pronominis satis constet quid subintelligatur, absque vila expressione, quemadmodum ferē semper eueniunt pronominibus ego & tu. Hac enim, ex ipsa pronunciatione monstrant id de quo fit sermo. Ego enim loquenter respici, tu vero illum ad quem dirigitur sermo. Vt ego dixi, tu dixisti, nos vidimus, vos auditis, & caretia. Illud vero de his individuis notandum est, non posse fieri (quod de determinatis prius diximus) ut in una significacione plura atque diuersa simili significent. Cum enim pronominis demonstrativi significatio sit ipsa eius demonstratio, manifestum est toties variari significacionem, quoties variatur demonstratio. Unde consequitur, sicut plura diuersa simili non possunt una demonstratione demonstrari, ita neque una significacione posse plura diuersa significari. Notandum est insuper, non omnia indifferenter demonstrativa pronomina facere individua ex demonstratione, sed tantum ea, quae sunt primitivae species. Quae enim ab alijs primitivis derivata sunt, nequamque individua componunt, cum terminis communibus adiunguntur. Cum enim dico, vestis mea, domus tua, hortus noster, vestris predicti, communia sunt hec, quia de multis secundum unam eandemque significacionem pradicantur, non autem singulare aut individua. Si enim domos plures possideas, de unaquaque vero dixeris: Hac domus mea est, idque secundum unam eandemque significacionem. Huiusmodi autem sunt individua ex

dua ex demonstratione magis propria sunt & obvia, magisq; vulgari vñ frequentata, quam individua determinata. Nam in omnibus generibus & species per hunc demonstrandi modum designamus particularia tam in accidentibus, quam in substantijs, & individuorum determinatorum locum hæc supplet, vbi illa defuerint. Dicimus enim istum hominem, istum a finum, illum leonem, hunc vrsum, hanc stellam, hoc metallum, illud argentum, hanc arborem, hoc cælum, hanc substantiam, hanc quantitatem, hanc qualitatem, hanc actionem, & sic de omnibus praedicamentis. Et est istud de natura pronominis demonstratio fatis admiratione dignum: quod tantæ sit potentia & efficacia ad constringendum & contrahendum, vt tam facile, & nihil minus singulare efficiat, addatum generalissimo termino, quam si adderetur infinitus cuilibet specie. Ut (verbi gratia) tam est singulare & individuum, quod dico, hæc substantia, hæc qualitas, quam si dicam, hic homo, hæc albedo. Aequum enim vraque non nisi unum valens simul suppositum demonstrare, aut significare.

C A P T . I I I I .

De individuo vago.

Individu
um vagū

PRædictis vero adjiciunt vaga quædam individua, que scilicet vñraptant ad unum aliquid particolare singuliter significandum: non tamen determinant, neq; determinate indicant, neque ex nomine impositione, neq; ex demo strati ratione, quod sit illud singulare, de quo fit mentio. Ut cum Aristoteles in prædicamentis, aliquem hominem, & ali quem equum, dicit esse primas (id est singulares) substantias, manifestum est terminos illos res particulares significare. Quia tamen in vago & confuso hoc tantum faciunt, non in dicando certum suppositum: idcirco vagum nuncupatur, qua si significazione indeterminatum ad quodlibet particolare suppositum. Quasi per vagum individuum Salvator loquebatur: cum mittens Petrum & Ioannem ad parandum pæscha, diceret: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicate illi. Manifestum est enim, quod de uno particuli loquendatur: tamen ex ipso loquendi modo non determinat hæc locutio, quisham ille esset. Ita ferè accipere possumus in scripturis,

cum leg

Mat. 2. 6.

cum legimus, vir quidam, homo quidam, quidam paterfamilias, die quidam, & huiusmodi. Per hec individua loquimur, cum dicimus: Sæcūlum aliquem elige, cuius patrocinij causas tuas commendes. Amicum aliquem tibi quare, cum quo tua consilia cōmunices. Adioca mihi ministrum aliquem, adiunge mihi sicutum aliquem, & his similia. His autem vagis individuis adjicere solent nonnunquam determinata, ad in dicandum certum suppositum, de quo fit mentio. Quemadmodum cū legimus, Vir quidam erat in terra Hæs, nomine Iob. Item, Vir quidam nomine Ananias: Legi peritus quidā, nomine Gamaliel: Decurio quidam nomine Ioseph: Pharisæus quidam, Nicodemus nomine: Mulier quædam, Martha nomine. Nonnunquam alia quædam adjiciuntur, ex quibus discerni potest, quod illud sit particulare, de quo fit mentio. Quemadmodum Actuum tertio, Vir quidam, qui erat clausus ex vtero matris sua, quem ponebant quotidie ante portam templi, vt peteret elemosynam, &c. Sic autem individuus ex demonstratione maximè vtrum in rebus prefètibus & notis, quas demonstrare possumus, ita his vagis vtrum potissimum in rebus absentibus & incognitis: cū illi, cui loquimur, per demonstrationē non possumus sufficienter notū facere particolare suppositū, de quo loqui intendimus.

Aliter quoq; (cum de rebus sit fermo) vagum appellatur individuum, res singularis, que sub genere aliquo ponitur, et sub nulla determinata eius specie. Quemadmodū dicunt de reale. embrione in vtero matris, id est, de foetu in vtero concepto, antequam formam ultimā habeat. Foetus enim in vtero matris conceptus, secundum Phylicorum opinionem, prius videtur habere tantum animam vegetativā, non etiam sensitivā aut rationalem. Deinde anima acquirit sensitivā, postremo, temporis successu, formam acquirit ultimā, id est, animam rationalem. Donec ergo foetus ille tantum habet animam vegetativam, videtur vtrq; sub genere esse corpus animali. Sub nul la tamen specie corporis animatividetur constitutus, quoniam neq; animal videtur esse, neq; planta. Deinde, cum etiā sensitivam naçū fuerit animam, sed nondum rationalem, videtur iam sub genere animal contineri, nou tamen sub ali

C 5

qua specie

qua specie animalis. Non enim est homo, quia animam rationalem non habet. Nec brutum videtur, quoniam nullius bruti formam aut speciem habet. Recte igitur hac ratioe individuum istud vagum dicitur, quasi certum in nulla specie locum habens.

S A P V T V.

De individuo ex hypothesi

Indimi-^o, A duit quoq; predictis individuum, quod ex hypo-
duum A siud est, ex suppositione, nominant: quod videlicet in-
ex hy- se quidem, quantum ex significacionis sue natura, viuere sole
potheſi, & commune est, facta tamen hypothefi, & suppositione ali-
qua, non nisi de uno particulari predicatori. Quemadmodū,
(exempli gratia) Mariae filius, ex se quidem est terminus com-
muni, & generaliter significatio tamen iuxta veritatem,
ut res se modo habet, non nisi vni cōpetit, quia non nisi unus
est Maria filius, idcirco secundum hanc suppositionem, & hy-
pothesim, quodammodo individuum dicitur. Vnde & pro eodem
accipimus, sive dicamus Iesum (quod individuum determina-
tum est) fine peccato natum, pro peccatoribus mortuum, sive
Mariae filium. De eadem enim re singulari loquimur.
In hoc tamen est differētia, quod illud nomen est determi-
natū à patre, dignissimum illi homini, qui Christus dicitur est,
propter impositionem, & ab Angelo denuntiatum, ad ipsu[m] Christu[m]
Dominum particulariter & determinatū significandū.
Nomen autē, hoc Mariae filius, quantu[m] ex sua significacione
commune est, & habuisset Maria alios filios post Christum
(vt impie afferunt Eluidiani) de eiusdem viuore potius
est predicatori. Ita Abraham filius, individuum ex suppositione
est, facta hypothefi, quod vincens estet Abraham filius, ipse vi-
dētce Isaac, Smilijer & Bertholēus filius pro Salomonem
etiam simili hypotesi, quod vniū filii genuissent Salomonem.

C A P Y T . V I

De aliis quadam definitione individuali

Praeter definitionem individui suprapositam, quæ vocibus potissimum conuenit, altera assignat Porphyrius, quæ ipsiis rebus magis propriæ videtur applicanda, in hunc modum:

Cuines

Cuius definitionis hic est sensus: Individuum reale est singularare aliquod, quod sub certis quibusdam proprietatibus consistit, id est, per se subsistens, determinatas quasdam habet conditiones individuantes vel singularizantes, quae omnes simul sumptae, nunquam inueniri possunt eadem numero in uno alio singulari. In quo manifeste differt individuum singulare, a natura vniuersali sive communis: quoniam proprietates, quas habet natura vniuersalis, sive generica, sive specifica, eadem inueniuntur in omnibus speciebus vel individualibus, sub genere illo, aut specie illa contentis: Quemadmodum (exempli gratia) inflabilitas & flebilitas, ac discipline susceptibilitas, proprietates sunt ipsius naturae humanae: sunt autem eadem in omnibus hominibus, quemadmodum postea in loco in tractatu de proprio declarabitur. Secus est de proprietatibus singularibus individualium. Habent enim singulas suas proprietates, quas etiam conditiones, individuales sive individuantes appellant. Et haec quidem de individuali dicta sufficiunt. Nunc ad vniuersalis species confiderandas recte ordine transeamus.

C A P Y T . V I I

De quinque speciebus vniuersalis, et primū de tenere.

Dividitur autem universale in quinq[ue] species: nempe in genus, speciem, differentiam, proprium, & accidentem. De quibus suo ordine nunc est sigillatum pertractandum. Et pri-
mum quidem de genere, quod in significazione, quæ Philo-
sophia commoda est, sic à Porphyrio definitur:

Genus est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est.

Quam definitionem ita intellige: Genus est vniuersale e-
iusmodi, quod secundum suam significacionem ita est gene-
rale & commune, ut verē prædicari posit de pluribus diuer-
si speciebus, aut individuis diuerſarum specierum, idq[ue] esen-
tialiter, & (vt ita loquarum) quidditatice: hoc est, sic vt ad in-
terrogationem factā per quid, respectū illorum specie diffe-
rentium, recte & vere valeat responderi. Exempli gratia, ani-
mal est

Defini-
tio gene-
ris.

mal, est genus, quoniam ita generalem habet significationem, ut secundum eam predicari possit de pluribus diversis speciebus sub se contentis, dicendo: Homo est animal, equus ite est animal, similiter & leo & virus, atque ita in ceteris speciebus, que sub animali sunt. Aut de individuis diversarum specierum, dicendo: Petrus animal est, & hic leo animal est, & item hic virus, atque ita in ceteris. Prædicatur autem de his in eo quod quid est, id est in prædicatione (ut sic dicamus) quidditatua, rei quiditatē sine quid res fit explicante: quoniam si quis roget, quidnam sit homo, vel equus, vel asinus, cōuenientissime respōdebitur, ea esse animalia. Et qui ho minem dicit esse animal, exprimit hominis quidditatem, hoc est, quidnam sit ipse. Sic arbor genus est pomī, pyri, pruni, mori, oliuæ, & caterarum speciem suam. Sic metallum ad aurum, argentum, cuprum, stannū, as, ferum. In hac igitur generis definitione, vniuersale genus est definiti, per quod excluduntur semel omnes individua, quorum nullum genus esse potest. Quæ autem sequuntur sicut coaceruata differentia locum obtinent. Nam prædicari de pluribus specie differētibus, excludit à definitione generis, specie: quæ (vt posterius dicetur) non prædicatur de pluribus specie differētibus, sed tantum pluribus differētibus numero, de individuis sub se contentis. Quod autem sequitur in eo quod quid est, excludit differentias, propria, & accidentia, quorum nullum in eo quod quid est prædicatur, sed tantum in eo quod quale est, vt ex sequentibus patet.

C A P V T V I I I .

De aliis duabus acceptib⁹ vocabuli genus.

P Onit autem Porphyrius & alias duas generis acceptiones, sive significationes, quarum priorem ita describit:

Gen⁹ pri mo-
mo-
do.
Gen⁹ uno modo dicitur, aliorum quo-
dammodo se habentium ad unum aliquid &
ad se inuicem, collectio.

Cuius definitionis hic est sensus: Gen⁹ primo modo
sive in prima significacione dicitur collectio sive multitudine
aliorum

aliorum habentium se certa quadam habitudine ad unum aliquid tanquam ad unum ipsorum communem principium, sive productum, sive conseruatum. item & ad se inuicem tanquam simul ab eodem principio productorum vel conservatorum, videlicet per modum quendam cognitionis, hoc est (ut ita loquarum) confangimuratis aut conterraneitatis.

Secundum hanc significationem, tota generatio sive populus Iudeorū dicitur genus ipsius Abraham, Isaac, & Iacob patrarcharū, a quibus descendenterunt: Iacob etiam oēs genus sunt Iacobelis. Idemque ipsius Edō, sive Esau. Ammonites respectu Ammon patris ipsorum & Moabites respectu patris Moab. Itē & respectu Sarrae omnes ab ea descendentes, ipsius genus dicuntur, sicut respectu Abraham: & Agareni omnes ipsius Agar ancillæ dicitur genus. Nihil enim refert, vir an mulier sit principiū, ad quod est habitudo. Nā vt vir est principiū producunt, ita & mulier: ille quidē actuum, hæc passuum. Simul enim ad generationem concurrente necesse est, vir & mulier.

Insuper & respectu loci dicitur genus primo modo. Est enim locus principium conservatorium rerum, que in ipso nascuntur, nativas quasdam proprietates in illas influens, & certa complexione disponens: propter quod merito principiū nomen habet. Sic Aegyptios dicimus genus respectu Aegypti. Troianos respectu Troia, Brabantos à Brabantia, Gallos à Gallia, Germanos à Germania, atque ita in ceteris.

Propriet̄ vero non dicitur genus primo modo, nisi respectu principij talis, quo una collectio distinguere posuit ab alia, id quod in textu sat is aperte videtur indicare Porphyrius. Ut collectio quæ ab Abraham descendit, per ipsum sū hoc principium distinguitur ab omnibus alijs populis & gentibus, quæ non descendenterunt ab eodem. Item genus Troianū, per sui originis locum hunc, distinguitur ab alijs omnibus gentibus. Huiusmodi autem vocari possunt principia distinctionia. Vnde propriæ loquendo vniuersitas hominum nō distinguitur genus ipsius Adæ aut Eue, eō quidē nō sum principia distinctionia: neque respectu totius mundi vel aeris dicetur genus, vniuersa hominum collectio, eō quidē locus sit communis omnium hominum, per quem non distinguitur collectio
à collectione,

à collectione. Sic neque respectu Dei, vniuersitas hominū vñ detur dicenda genus: tametsi minus propriè id, dici posset, quemadmodū ex Poeta in Actibus Apóstolorū Paulus ad- ducit, dicens: Ip̄fus enim (nempe Dei) & genus sumus. Genus ergo cū sumus Dei, & cetera. Secundo autē modo genus dicitur ipsum principiū talē multorū descendētū ab eo, habētū se certo modo cognitionis sive consanguinitatis, vel (vñ ita dicam) conterraneitatis, adiunīcē, & ad vñ illud principiū. Definītur autem à Porphyrio hoc modo:

Genus secundo
modo. Altero modo dicitur genus, quod est vniūs cuiusque generationis principiū , vel ab eo , qui genuit vel à loco , in quo quis geni- tus est.

Quā definitionē ita intellige : Genus secundo modo dicitur principiū alienius generationis, sive aliquiū col- lectionis & multitudinis, quæ defēndit ab ipso, tanquam à principio productiuo vel conseruatiuo. Sic Abraham, Ifaac, aut Iacob, dicuntur singuli genus Israēlitici populi. Sic Rho- ma, Rhomanorū est genus, Germanorū Germania, at- que ita in ceteris . Cuius definitionē intellectus ex priore fatus pater. Sunt autem genus primo modo & secundo mo- do adiunīcē relatiua, quoniam adiunīcē referuntur, si- cut pater & filius. Quomodo enim pater dicitur pater respe- cta filii, & econtrario, sic genus primo modo dicitur respe- cta generis secundo modo, & econtrario. In his autē dua- bus significationib⁹ non est vocabulū huius vñ apud Phi- losophos, sed ad Poetas magis & Oratores spectat . In priori- re significatione eius vñ inuenimus apud Virgilium in ipso sua Aeneidis exordio , de Troiano Aenea ita loquente: Inferretq; deos Latio, genus vnde Latinum. Quod Seruius Virgilii commentator interpretatur, à loco non à persona, id est, à Latio nō ab Aenea , genus dicti Latinum. Vel alter, ab Aenea , qui antiquum Latinorum nomen reliquit , & suis dedit, quod mutare potuisset, & à se Aeneadas nominare. Qua appellatione Dido Troianos appellat ita eos alloquē: Quis genus Aeneadum, aut quis Troiae nesciat vrbem? In eadem

eadem ferē significatiōne vocabulo hoc vtitur , in oratione Néptuni, quem introducit ventis ita loquente: Tantā vos generis tenuit fiducia vestrī: videlicet significare volens (iuxta Seruium atque Donatum) ventos genus esse gigantū, qui Dijs bellum inferre moliti sunt, atque ab eis esse na- tos (iuxta poetarū fragmentum) ex Astræo videlicet vno de Titanibus & Aurora, vt videantur hāc audaciam habere ex paterna hereditate. Similis est significatiōne, cūm à Troianis Didoni dicuntur. Parce pio generi , & proplus res aspice no- stras. Se quippe pium genus appellant, quod à pijs parenti- bus descenderint. In secunda autem significatione, hoc vo- cabulo vtitur maximus ille Illioneus, pro Aenea Troiano, & de eo apud Latinum regem loquens, in hac verba:

Ab Ioue principiū generis, Ioue Dardana pubes

Gaudet auro, rex ipse Iouis de gente suprema.
Troius Aeneas, tua nos ad littora misisti. Videlicet signifi- care volēs, Aenea habere principiū ac genus suū, ipsū sum- mū Iouē, per matrē Venerē, ex qua dicitur ab Anchise patre genitus. Et alibi ipse Aeneas loquitur dicens: Italā quāro pa- triā & genus ab Ioue summo. Italā significans suum esse ge- nus & patriam ex parte auti sui Iouis. Apud philosophos ve- ro (vt supra diximus) harū significationum nullus est vñs, sed tantū illius, in qua primo loco genus est à nobis definitū.

C A P V T I X.

De specie.

Inter quinque prædicabiliā , secundum iure obtinet lo- cum species , propterea quod cum genere plus ceteris cō- ueniat. Idē enim est vñisque prædicandi modus. Nam & ge- nus & species similiter prædicantur in eo quod quid est. Quemadmodū autem duas posuimus generis acceptiōnes, secundum quas non est in vñ philosophis , sic & speciei vnam aspīgnat Porphyrius acceptiōne , quā non est vñs Dialecticis. Sic enim ait:

Species dicitur vniūscuiusque forma.

Secundum hanc significationem dicimus Priami specie- dignam esse imperio. Dicimus item secundum hanc signifi- cationem

cationem, mulierem esse honestam liberali, vel in honesta & illiberali specie, venusta quoque & innuusta, decora & indecora specie. Vnde & speciosos homines dicimus, quos alio nomine aequivalenti, formosos vocamus. Secundum aliam autem acceptiōnem, quae visus est Dialecticis, definitur species a Porphyrio in hunc modum.

Species est, quod prædicatur de pluribus differentiis numero in eo quod quid est.

Hoc est, vniuersale huiusmodi, quod secundum suam significatiōnem (quam habet strictam quidem & angustam, licet non omnino ut individua, singularē) ram est speciale,

Species ut possit tantum de diuersis individuis eiusdem speciei verē prædicari, non etiam de diuersis speciebus, aut diuersarum specierum individuis sūdique essentialiter, & quidditatim ad interrogationem, scilicet factam per quid. Verbi gratia: Homo species est respectu subiectorum sibi individuorum, quam de iis individuis prædicatur, Petro videlicet, Paulo, Ioanne, & ceteris particularibus individuis. Et de his quidem in eo quod quid est, prædicatur quoniam roganti quid sit Petrus, aut Augustinus, mox aptissima responsione dicitur, homo est. Est enim species scilicet genus quidditas, scilicet genus quidditas est suarum specierum. Et sic ad interrogationem de specie factam per interrogatiōnē signum quid, commode adhibetur reponso generis de specie (quē admodum præcedenti capitulo dictum est) ita ad interrogatiōnē de individuo sub eodem signo factam, adhibenda est responsio speciei, & proxima & promptissima. Prædicabitur itaque homo de pluribus differentiis numero, in eo quod quid est. Veriū tam angustē significatiōnis est, vt non nisi de differentiis numero hoc modo prædicari posset, nō etiam de multis differentiis specie, id est, diuersis speciebus, aut de individuis diuersarum specierū. Neque enim villa species inferior sub homine est, de qua posset prædicari, neque villa alia individua, nisi particulares homines, qui omnes vnius eiusdemque speciei sunt, nempe humanae, & solo numero differunt. Ex qua declaratione pater, quod defini-

tio præ-

dictio predicta secundum exclusionem debet intelligi, hoc modo: Species est vniuersale, quod solūn de numero differentiis prædicatur, in eo quod quid est. Alioquin & genera de individuis eiusdem speciei (que numero differunt) prædicantur in quid ut animal de Petro & Paulo. Sed non de his tantum differentiis numero prædicatur, verum etiam de differentiis specie, ut pro homine, equo, asino, &c.

C A P V T X .

De identitate & diversitate.

Quoniam autem iam diximus de numero & specie differentiis, opportunè hic considerandum est, (ne in ignotis verseremur nomibus) quid sibi velint ista vocabula. Scīendum itaque est tripliciter aliqua differre. Quādam enim solo numero differunt, quādam specie, quādam etiam genere.

Numerō enim differunt, diuersa individua, sub eadem proxima specie posita, que numero quidem differre dicuntur, propter diuersitatem individualem, que numerum constitut. Solūn autem numero differunt, quia major differentia, quam numeralis inter illa, quae sub eadem specie specialissima posita sunt, non potest rep̄eriri. In prima enim essentia, que superior est, nempe natura a speciei, mox conuenienter immenatur. Omnia enim individua eiusdem speciei, ex a-

quo naturam speciei participant, & æqualiter communicant in ea, multò autem magis in natura generis. Relinquitur ergo, ut solo numero differant. Differunt autem specie, que vel sunt species diuersae, vel diuersarum specierum individua: ut equus & homo specie differunt, similiter leo & rufus, pomus & pirus, aurum & argentum, albedo & nigredo, & ita in ceteris. Rursum hic homo, & hic equus, iste leo, & iste rufus, hac pomus, & hac pirus. Huiusmodi autem solūn specie differunt, que in proximo genere communicant. Ut homo, & equus in animali, quod super ipsa est proximum, aurum & argentum in metallo, albedo & nigredo in colore. Similiter hic homo, & hic equus in proximo genere communicant, quapropter non nisi specie differunt. Differunt verò ge-

nere, que vel sunt diuersa genera, vel species, aut individua sub diuersis generibus constituta: ut brutum & arbor generē. Differunt

" Diffe-
" rentia
" nume-
" ro.

" Diffe-
" rentia
" specie

" Diffe-
" rentia
" genere.

differunt, quia duo sunt diuersa genera, equus vero & pirus, quoniam diuersorum generum sunt species. Deinde etiā hoc animal, & haec arbor, quia individua sunt sub diuersis generibus posita. Inter haec autem per se euidentes est ea, que tertio modo differunt, maximeque primo minimē, quæ vero secundum modo medicriter differre. Quoniam vero secundum ratione ea, ut visitatisimā illam Aristotelis regulam (tot modis dicitur veritas) num oppositorum, quot modis & reliquum possunt similiter tres modi identitatis assignari. Primum enim dicimus idem numero, quando nec secundum numerum inueniuntur differentiae, ut pote cū inueniri non potest individualis diuersitas, qua numerum debet constitui. Sic homo quilibet heri & hodie, idem est numero. Et quælibet res eadem est cum semetipsa. Eadem enim res, quae se cūq; sumatur vel replaceatur, secundum nomen aut considerationem, non potest numerum constitui. Oportet enim diuersa accipere individua, dua vt minimum duo, priusquam confusus numerus. Specie vero dicuntur eadem, quæ sub eadem specie proxima & specialissima inueniuntur posita. Ut omnes particulares homines cū se inueniunt sunt specie idem, & omnes leones cum se inueniunt. Eadem vero genere sunt, quæ sub eodem genere ponuntur. Ut homo, equus, asinus, leo, & horum individua. Quantò autem genus istud ad quod sit specierum comparatio, fuerit generalius generalissimō; viciniss., & ab ultima specie remotius, tanto minor est huiusmodi specierum identitas. Nihil enim dubium est, quin homo & equus sint magis genere idem, quam equus & arbor. Homo enim & equus in animali conueniunt, equus autem & arbor non conueniunt nisi in corpore animato, quod genus à specie specialissima est elongatus, & generalissimo primoque generi magis approximatur. Quemadmodum autem supradictum est, illa minime differre, quæ numero tantū differunt, illa autem maximē, quæ genere, si per oppositum de idētate dicendum est, maximam esse numeralē, minimam genericam, specificam vero medio modo se habentem. Nunc vero ad speciei pertractionem redeamus.

Caput

De speciei varia acceptione.

A Duertendum autem est, vocabulū speciei vario modo à Dialecticis usurpari: & nonnunquā quidem ad subiecta individua, aliás vero ad supposeda genera referri. Secundum priorem acceptiōnem nominant specie prædicabilem, quam etiam suprā definitius solum de differentiis numero prædicari. Atque haec est species secunda vniuersalis. Secundum vero posteriorem considerationem, subiectibilem species appellant, quam ita definunt, duplice definitione:

Species est, quæ sub genere ponitur: & de qua genus in eo quod quid est, prædicatur.

Species
subiecti-
bilis.

Hoc est, vniuersale eiusmodi aut dictio vniuersalis, quæ sub alio superiori genere in predicamentali ordine, aut ordinata prædicatione subiectitur, & de quo superius genus quidditatius, sive in responsione ad interrogationē quid est, prædicatur. Iuxta hanc autem acceptiōnem non solum vitem species ac specialissimā, & quæ de solis numero differentiis prædicantur, dicendæ sunt species, verum etiam genera omnia quæcunque inter generalissimum genus & ultimam species sunt intermedia. Nā & animal hoc modo est species corporis animati, & corpus animati species corporis, & corpus substantia. Neq; vocabulū species secundum hanc acceptiōnē haberi potest pro secunda species vniuersalis, quoniā vniuersale respectu notat ad subiecta, de quibus secundi reūcta & ordinata prædicatione dici potest. Sed est correlatiū generis: quædammodum filius correlatiū est patris. Sicut enim pater omnis est pater filij, ita genus respectu subiecte sibi speciei dicitur genus: & vicissim species hoc modo sumpta, est aliquius supra stantis generis species, ut omnis filius est patris sui filius. Species autem prædicabilis, ad individua referri debet.

De specialissima & subalterna specie, itemq; de genere generalissimo & subalterno.

Hanc autem specie predicabili, quam supradiximus solum praedicari de differentiis numero, vocamus etiam speciem specialissimam, eoque quod ultima sit & infima, individuisque proxima, & immediata. Definitur autem hoc modo:

Species specialis est, quod cum sit species, non est genus: vel etiam quod cum sit species, non dividitur in species.

Hoc est, quod quidem est species comparatio ad subiecta individualia, nullas tamquam habet sub se species, quarum comparatione queat dici genus, aut in quis posuit dividit, ad eum modum quo genus essentiali divisione tecatur in species. Huiusmodi autem species specialissimae sunt omnes, que individui proxime sunt, & sub quibus non est reperire nisi individua. Sie per oppositum definitur genus generalissimum hoc modo:

Genus generalissimum genus est, quod cum sit genus, non est species: & iterum, supra quod non est aliud superueniens genus.

Hoc est, quod ita est secundum suam significationem generale & eminentiam, ut supra omnia alia genera sibi ordinis vel praedicamenti emineat; ipsum vero nihil superius se & generalius agnoscit in suo praedicamentali ordine, cui subiectatur. Exempli gratia, Substantia generalissimum genus est, quoniam genus ita generale & eminentia, ut super omnia constitutum, quae in ordine sunt praedicamenta sua, tanquam omnium substantiarum genus: ipsum vero in eodem ordine nihil se habet superius. Animal vero genus quidem est, sed non generalissimum, quoniam supra se habet alia genera in eadem praedicamentali coordinatione. Habet enim supra se corpus animatum, corpus & substantiam altiora genera, quibus necessario subiectatur. Imo vero corpus tantum genus sit admodum generale, & multo genera ius, quia animal: nequaquam tamquam ad hoc pertinere valit, ut generalissimum genus dicatur, quoniam unum habet supra se genus, nempe substantiam, cui supponitur. Hec autem generalissima, vocamus prima atque suprema genera, eoque quod nihil sit illis generalius aut priusquam admodum specialissima dici mus, ultima-

mus, ultimas species, eoque quod nullum vniuersale sit sub illis species minus aut posterius. Sola enim habet sub se individua. Quae verò simul genus sunt & species, hec subalterna recte appellantur, eoque quod sub alijs sunt positae genera. Dicimusque huiusmodi vel genera subalterna, vel species subalternas. Quae à Porphyrio ita definuntur:

Subalterna sunt, quorum unumquodque genus Subalterna & species esse potest, ad aliud quidem, & ad aliud sumptum.

Ex predictis vero manifestum est, generalissimum solū unum habere habitudinem sive respectum unicum ad ea, quae inferius sunt genera & species, nempe habitudine generis non autem speciei. Speciem quoque specialissimam similiter habere unum habitudinem, nempe speciei tantum, non autem generis. Subalterna vero duplice habere habitudinem, alterā quidem generis, qua se habet erga subiectas species, & ad illas referuntur, dum illarum dicuntur genera: alteram vero speciei, qua se habent erga supraposita genera, & qua ad illa referuntur, ut dicantur eorum subiectibiles species. Que omnia in subiecta ordinatione substantialium generum & specierum ad oculum patent.

Generalissimum genus.

Differentiae.

Differentiae.

	Substantia	
Corporea	Corpus	Incorporea
Animatum	Corpus animatum	Inanimatum
Sensibile	Animal	Insensibile
Rationale	Homo.	Irrationale

Species specialissima,
sunt qua sola sunt individua.

C A P V T X I I I .

De differentia.

Postquam de genere & specie brevis **a**bsoluta est determinatio ad tractatum differentiarum bono ordine nobis est procedendum. Vbi primum omnium notandum est, differentiam esse triplicem, nempe communem, propriam, & magis propriam. Sic quoque tripliciter dicitur alterum differre ab altero, nempe communiter, proprie, & magis propriè. Quia ita apud Porphyriū definitur:

Communiter differre alterum ab altero dicitur, quod alteriter quadam differt quocunque modo, vel à seipso, vel ab alio.

Quam definitionem sic intellige: Communiter illa differunt, quae secundum separabile accidentem (quam Porphyriū nominat quandam alteritatem) differunt, ut homo calidus differat à frigido. Petrus stans à Paulo fidenter aut ambulante. Atque hoc modo non solum ab altero, veruetā idem à seipso diuersa tempora differre dicitur. Ut (exempli gratia) Petrus iā sedens differat à seipso, qui mox ambulabat, homo probè potus à seipso prius sobrio. Hac autē omnibus differentiis nominatur, eo quod nō sit secundū aliquā fixā inherentē rei proprietate. Secundū hunc autē modū, ut maximē frequenter, ita minimē certò distinguere solent homines, & differentias ponere. Maximē quidē frequenter, quod maximē pateant sensū, minimē autē certo, eo quod nulla est instabilitas eius differentiæ, quae secundum hanc accidentia sumitur.

Propriè differre alterum ab altero dicitur, quando ab aliquo inseparabilī accidēte differt.

Vt coruus niger ab albo cygno propriè differt, per suam nigredinem. Sic differunt, quorū alter albos, alter glaucoſ habet oculos aut capillos. Atq; hoc modo etiam idem à seipso potest diffire. Petrus enim iam cicatricē firmatā habens à seipso differt prius illam non habente, & iam morbillosus, à seipso prius bene fano. Dicimus autē inseparabile accidentem, quod secundum naturam, vel omnino non potest, vel certè non nisi

boni nisi admodū difficulter potest, à subiecto emigrare, cui semel infederit absque subiectū sui corruptione. Quia vero saepe abscedunt, & a separabili dicimus, vt calor in homine aut frigus, loquendo de exteriori membrorum calore aut frigore. Nam huiusmodi calor facilè emigrat, vbi in vēti aut aëre frigidum quis fuerit ingressus, & facile pellit frigus, vbi ad ignem corpus a dmoventur. Ceterū calor vitalis sine quo viue re non potest homo, accidens separabile non est. Hac autem differentia, priore certior & firmior est, ac proinde rectè propria, in coparatione ad priorem minus cōmūnem appellatur. Quid autē sit differe magis propriè, ita definīt Porphyrius:

Magis propriè alterum ab altero differt, Differē
magis
propriè
quando specifica differentia differt.

Vt homo à bruto differt per rationalitatem, quam Porphyrius vocat obscurioratione qualitatem. Specifica autē differentia dicitur, quae speciem constituit & cōponit, quæcū inter secat inter species sub eodem genere possitas, & speciem à specie diuidit, atque distinguit essentialiter. Loquimur autē hic non tantum de specie specialissima: sed etiam de specie subalterna. Est enim rationale specifica differentia hominis, quia differt à brutis, & nihilominus sensitum, differentia est specifica animalis, quia differt à plāta insensitua: animatum, corporis animati, quia nimurum differt à corporibus inanimatis. Corporeum corporis quoq; est specifica differentia, quae differt corpus à spiritu, qui est incorporeus.

C A P V T X I I I I .
De distinctione huius triplicis differentiæ.

Circa haec autem differentias aduentendum est, quod duas prime non faciunt aliud: id est, essentiam & substantiam rei non distinguunt, neque speciem conficiunt, aut speciem à specie essentialiter distinguunt, sed faciunt tam alteratum, id est, subiectum solum faciunt aliquo modo alterum habere. Non enim quia modū calidus sum, qui mox fuerit frigidus, idcirco aliud sum, quam ante modū temporis fueram. Idem enim sum & non aliud prius calidus, & post frigidus. Neque aliud est homo cicatricem habens, à seipso prius illam

illam nō habente. Imo neq; homo ab equo aliud est, propter diuersam figuram. Faciunt tamen illæ priores differentias rē alteratā, vel quodammodo alterā dicitur, id est, alter te habentē. Qui enim ante modicū calidus, nūc factus est frigidus. Per hoc adueniens frigus rectē alteratus dicitur, vel aliquid modo alter à seipso prius calido, id est, alter te habēs, quā prius differentia aut̄ magis propria, non facit rem alteratā tantū aut alteratā, id est, alter te habentē, sed etiam aliud facit, & ellen talem diversitatem inter speciem & speciem constituit.

Differentia enim est, quæ generica natura adueniens ipsam contrahit, & limitat ad certā speciem constituant. Nam genus per se sumptū, id est, est ad singulas species: quapropter ex genere nō potest specierū subiectarū summa diversitas, sed per aduenientē differentiam quasi stringitur eius indifferētia, & ad certā speciem cōponendam cogitur. Quādōbrem ex differentiis illis sumi debet essentialis specierum diuersitas. Fiat aut̄ exēplo claram, quod dicimus. Animal genus est, homini & bruto ex æquo cōmune in eis quātū ad esse animal vīla inter hominē & brūtū differentia est. Tantum enim animal est brūtū, quān homo. Verū rationale accedens ad animal, ipsū contrahit & constringit ad constitutū vna secū certā specie, quæ est homo. Similiter irrationale ex altera parte, cōtrahit animal ad componendū cum ipso certā speciem, quæ est brūtū. Nam species simul ex genere & differentia componitur, & essentialiter constituitur: estq; genus cū differentia, tota essentia speciei. Homo enim est animal rationale, & brūtū animal irrationale. Sic corporeū adueniens substātia, ipsam contrahit ad cōponendā specie, quæ est corpus, & ex aduerso incorporeū, ad cōponendū spiritū. Rursum differētia animatū, contrahit genus corpus ad constitutū corpus animatū. Hac enim ita secundū cōposita figurā in significatio ne simplici accipimus, propter nominū simpliciū inopiam. Rursum corpori animato adueniens differentia sensib; /vel/ sensitiū, contrahit ipsum ad constitutū animal, ex aduerso au te in sensitiū, ad cōponendā plantā. Postremo adueniens animali rationale (vt diximus) constituit hominem, ex aduerso aut̄ irrationale brūtū componit. Atq; hæq; mō nume-

ratæ sunt ferē sunt omnes differentiae, quas habemus cogniti, & sūi propriis nominibus designatas. Et licet in alijs sp̄ciebus nō habemus nomina cognita, neq; etiam ipsa differentias perspectas, hoc tamē constat omnē speciem quæcumque sub genere ponit habere essentialiter differentiam, quæ ipsam simul cū genere essentialiter cōponit, & pars est essentiae eius. Impossibilis enim est, intelligere speciem sine differentia, & sine genere, quæ admodū neque homo viuens esse potest sine anima. Ratio autē, quare tam paucas cognoscamus rerū differentias essentiales, est hebetudo nostrī intellectus, & noſtrā naturā rationalis imperfēctio, quæ res in ſe ſunt, nō valēt cognoscere, neq; intimē eas penetrare, & vt in ſeipſis ſunt, intelligere: et circa extēria occupatur, & ex illis ratioinādo debet interiora, quæ potest cognoscere. Deus autē qui res vt in ſeipſis ſunt, intuerit, ſimiliter & intelligēt abſt, materia, cuiusmodi ſunt beati ſpiritus, q; terū essentias intelligent, & ſecundū ſe cognoscunt, optimē cognitas habent & perfectas ſingularium ſpecierum essentialis differentias: & eft illis ſecundū ſimilium ſpectaculum, videre quomodo inter tam varias rerum ſpecies ſingulæ ſecundū priam ſumam essentialium diuīt̄ ſint atque diuīt̄ ſat̄ a ſingulis, ita ut ab una in aliā non poſit vñquam fieri communatio.

CAPUT XV.

Declaratio per analogiam, quomodo genus contrahatur
per differentiam ad componendum ſpeciem.

VT autem clarius fiat quod dicimus, genus per ſpeciem contrahit, & differentiam limitare genus ad certā ſpeciei compositionem: genus ipſum materię comparabitur, & differentiam formā, ſpeciem verò toti ipſi cōpoſito, quod ex materia & forma componitur. Habet enim genus rationem materię: differentia rationem formā, & ſpecies rationem compoſiti, id est, ſimilitudinem: ſecundū quem ſenſum dicit Porphyrius genus esse proportionabile cum materia, & differentiam cum forma, id est comparable vel assimilabile. Quemadmodū itaq; materia (vt in physici plenius declaratur) indifferētis est ad cōpositionē vel huiusvel illius naturalis cōpoſiti, ſic & genus ad cōſtitutionē huius

vel illius specie. Et quādmodū forma adueniēt; cū materia certum cōpositū efficit (vt cū anima rationalis in materia aduenierit, homo efficitur) sic differentia generi aduenient species cōponit. Et sicut cōpositū ex corpore simul & anima cōstat, sic species ex superiorē genere & aduenient differentia.

Clariss quoq; hoc ipsum videntis ad oculū in massa cere, quod ex se sit indifferens ad suscipiendā impreisionē figillare, quācū; attulerit adueniens figillū; sed figilli sculptura impressa massa iam ipsam cōstringit & limitat ad certas imaginis representationem. Est autem genus quomodo massa cere indifferens, & differentia quomodo figuraris illa figura, determinans malam indifferētā. Pater itaq; ex predicit, quādmodū dum differentia magis propria (iuxta Porphyriū dictū) facit aliud differentiā autem priores, tunc alteratā. quapropter & nostro proposito nō sunt accōmode, sed tātū magis propria.

C A P V T . X V I .

Differentias conducere ad diuidendā
dam & definiendum.

OMNES VERO differentiae istae magis propriae ad duo sunt utiles, nempe ad diuisionem generum, & cōstitutionē specierum. Diuidunt enim genus, & species cōstituunt: vnde & diuisiū generū vocantur, & cōstitutū speciētū. Ut (verbī gratia) rationale & irrationale diuidunt animal, cōstituunt autē sub ipso species: illud quidem hominem, hoc vero brūtū. Ad eundē modū sensibile & insensibile diuidunt corpus animati, sed cōstituit sub eo duas species animal & plāta: atq; ita in reliquis facilē est cōsiderare. Quomodo autē diximus differentias istas cōducere ad speciei cōstitutionē, ita etiā dicimus eas ad definiendā specie cōducere. Definunt enim species per genus & differentiā, que sunt tota eius essentia. Est enim homo, animal rationale: brūtū, animal irrationale: animal, corpus animati sensibile: corpus, substātia corporis: spiritus, incorporea substātia, & ita in alijs. Infūper & hoc est notandum: quod generalissima genera differentias habet tātū diuisiūs, nō aut cōstitutiās, species vero & specialissima, cōstitutiās habet, nō diuisiūs. Quā vero intermedia sunt subalterna genera, differentias habet & diuisiūs & cōstū-

& cōstitutiās: diuisiūs quidē per quas in inferiores species diuiduntur: cōstitutiās autē, ex quibus cum superioribus generibus essentialiter cōstituitur. Generalissimū enim cū sit primū genus, non habet cōstitutuām differentiam. Alioqui primū genus nō est, sed oportet aliquid genus esse ipso superius: quod per hanc differentiam contraheretur ad eius compositionem. Specialissimū vero cū sit ultima species, nō potest habere alias diuisiūs differentias. Alioqui oportet post ipsam esse alias species inferiores, quā ex his differtij cū illis speciebus cōstūtūr. Sunt autem hęc planē absurdā & impossibilia. De intermedij autē generibus mōstratū est, nihil sequi incōmodi, si & cōstitutiās habeat & diuisiūs differentias. Imō necessariū simpliciter est intermedij generibus, vt vtrāq; habeat. Attamen illud notādū est, licet omnia intermedia habeat & diuisiūs & cōstitutiās differentias, nō posse tamē fieri, vt eadē differentia enīdē specie sit diuisiūs & cōstitutiā. Imposibile enim est, eandē differentiā effe huius speciei cōstitutiā, & simili eiusdē speciei esse diuisiūs: sed necessariū est, si huius sit generis diuisiūs, vt inferioris species sit cōstitutiā: & si huius speciei sit cōstitutiā, necessarie est superioris generis cā esse diuisiūm. Vt (verbī gratia) rationale est hominis cōstitutiā differentia, atq; idcirco est generis superioris (nēpe animalis) diuisiū differentia: & sensibile diuisiū est differēt corporis animati, atq; idcirco cōstitutiā subiecte speciei, scilicet animalis. Necesse ram est, omnem differentiam diuisiūm esse cōstitutiā, & econtrario, verum respectū diuersorum, numerum diuisiūm superioriorū generis, & cōstitutiām inferioris speciei.

C A P V T . X V I I .

specificam differentiam dici duplīciter.

SCiendum quoq; est, differentiā specificā dici duplīciter. Cū enim specificā dicatur, quā facit speciem, species vero dicatur duplīciter, videtur etiam specificā differentiā hac ratione duplīciter accipi. Primum enim à specie subiectibili dicitur, quā videlicet speciem subiectibilem constituit sub certo genere. Atq; ita hātemus specificā differentiā appellauimus: estque hoc modo omnis differentia magis propria,

propria, specifica differentia; neq; incōueniens est, eandē diffē
rentia specifica simili & generica esse, etiā respectū eiusdem,
quemadmodum idem hoc modo potest esse species & genus.

Nonnunquam tamē specificam differentiam accipimus
strictius à specie specialissima: pro ea videlicet differentia,
qua species specialissimam constituit: quemadmodum elat-
tionalis. Atque ita contra genericam distinguitur. Non enim
potest eadē differentia generica esse, id est, generis constitu-
tiva & simili specifica, id est, speciei specialissimae constitu-
tiva, neque respectu unius, neq; respectu diuersorum. Vnde enim dif-
ferentia non potest nisi vnu constitutire, siue genus illud sit,
siue species: ita, vt si constituit specialissimā specie, non possit
constitutire genus: & si genus, non possit talē efficere specie.

C A P Y T H E X V I I I .

Ponuntur definitiones differentiae magis proprie.

D E finitur autem differentia ista magis propria pluribus
definiitionibus. Primum quidem sic:

Differentia est, qua abundat species à genere.

Id est, secundū quā species essentialiter plus habet, & (vt
ita loquar) dicitur est, quāli sūt genus. Nā species homo, quia
essentialiter in se includit rationale, vptote partē sūt es-
tentia, supra animaliū: ipsius vero genus animal in se nō essentia
liter includit rationale (aduentus enim ei quasi per accidentis
modū) idcirco per eā species homo abundat, estque dicitur su-
pra genus animal. Sic animal abūda supra genus sūt corpus
animaliū, per differentiā sensibile, & ita in reliquo omnibus.
Quicquid enim habet genus, habet etiā generis ipsius species,
& ultra totū hoc habet species differentiā in se, vt essentialē
sūi partē, quā sic nō habet genus. Vnde cōsequitur per differe-
tiā omne constitutiuam, species abundare p̄ suo genere.

Altera definitio est:

Secunda Differentia est, qua diuidit ea, qua sub eodem
genere posita sunt.

Hoc est, quā species sub eodem genere positas ab ini-
cīem secat, disiungit ac separat, essentiali disiunctione. Atque
id quo

Id quomodo fiat, in præcedentibus dictum est manifestius.
Verutamen hæ definitions non videntur explicare ratio-
nem vniuersalitatis, neque differentiam decribunt secundum
rationem prædicabilis. Oportet ergo aliam subiungere, quæ
differentiam rectē definias secundum rationem huiusmodi,
quatenus videlicet tertium prædicabile est, & vniuersalitatis ter-
tia species.

Ea est hæc:

Differentia est, quæ de pluribus & specie dif-
ferentibus, in eo quod quale est, prædicatur.

Hoc est, vniuersale eiusmodi quod de multis siue specie,
siue numero differentibus prædicari natum est, ad interro-
gationem factam de re qualis ipsa sit, qualis inquam essen-
tialiter, non accidentaliter. Quomodo enim suprà dictum
est, genus conuenienter responderi ad interrogationem quid
est, factam de specie, & item speciem ad interrogationē quid
est de individuo: sic interroganti de individuo vel de spe-
cie, quale quid sit (essentialiter interrogando) responderi po-
test, & debet differentia. Si enim interrogaueris, quale ani-
mal sit hominem præsens, prædictum rationale. Aut si
simpliciter interrogaueris: qualis est homo secundum essen-
tiam: respondebitur, rationalis est. Diximus autem in de-
finitione, de pluribus species differentibus: quoniam solum
datur definitio de differentijs genericis, nisi quis adiiciat, vel
numero, quod Porphyrij exemplis in veritate nō repugnat.
Ratio autem quare differentia prædicatur in eo quod quale
est, & quare ad huiusmodi interrogationem aptè repon-
deatur, est: quoniam (vt diximus) differentia rationem ha-
bet formam, & est essentialis quadam qualitas: proper quod
etiam à Philosophis rationalitas ipsa qualitas rationalis non
cupatur, secundum quem etiam modum, ipsam animalis na-
turam possimus appellare quidditatem hominis. ReEt
autem adiectum est, in eo quod quale est essentialiter, vt ex-
cluderentur à definitione differentiæ communis & propria:
qua licet in quale prædixerit de suis subiectis, non tamen
in qua accidentaliter, quemadmodum in consequen-
tibus declarabitur.

Tertia
definition
differen-
tiaz.

C A P Y T H E X V I I I .

De quatuor acceptiblibus proprijs.

Quartam vniuersalis speciem assignant proprium, cuius etiam quatuor ponunt modos.

Propriū primo modo est, quod accidit soli alicuius speciei, sed non omni.

Hoc est, quod quantum ad aliquam speciem, solum illi conuenit, ita ut nulli extra eam, sed non omni, tamen eius speciei individuo. Ut Grammaticum esse ait prudenter, solum conuenit humanae speciei, non tamen omnes homines huicmodi sunt. Sic proprium est homini, per fidem deum cognoscere, & ratione deum colere, veruntamen non omnes id faciunt.

Propriū secundo modo proprium dicitur, quod omni & non soli accidit.

Hoc est, quod alicuius speciei omni quidem individuo conuenit, attamen non illi solum speciei conuenit, neque ei est peculiare, sed etiam extra eam in alijs potest inueniri. Ut homini duos habere pedes, aut duos oculos. Nam hæc etiam extra humanam speciem licet inueniri in alijs animalibus. Sic superne beatitudinis capacem esse, omni quidem homini conuenit, sed non soli humanae speciei. Nam & angelicæ naturæ id cum homine communè est.

Propriū tertio modo dicitur proprium, quod omni, soli, & aliquando accidit.

Hoc est, quod conuenit quidem solum alicui speciei, & insuper omni illius speciei individuo, sed certo tantum ac definito tempore, non tamen semper. Ut canescere, solum humanae speciei conuenit secundum proprietatem loquendo, & omni homini conuenit: sed tantum in senectutis tempore, ita ut qui ad tempus illud attigerint, canescant. Ita & augeri conuenit omni viuenti, & soli viuenti, verum non semper: sed usque dum in perfectum robur & staturam excreuerit: similiter & diminui decrecente robore.

Quarto

Quarto autem modo proprium dicimus, quod omni alicuius speciei omni individuo, & solum illi speciei, atque etiam semper, non aliquo tantum determinato tempore. Ut homini omni, & soli, & semper conuenit esse risibilem & fleabilem, id est, natum ridere & flere: sic omni homini, & soli semper conuenit, per exteriorē instructionē esse susceptiuū disciplinā.

Cum autem propria huiusmodi assignantur, proponi debent non secundum actum, sed secundum aptitudinem. Non enim ridere proprium est homini quarto modo, cùm non semper homini conueniat actu ridere, sed risibile proprium est huius, quid potentiam quandam, id est, naturalem aptitudinem & propensionem significat ad ridendum. Sic non omnes homines disciplinam suscipiunt, immo quidam nec posse videntur quemadmodum moriones, furiosi, & donec absque ratione sunt, pueri, idque propter defectum vistulationis, & instrumentorum interiorum indispositionem, & organorum inhabilitatem. Quotquot tamen homines sunt, ex naturali aptitudine disciplina sunt susceptibles.

Quomodo proprij natura fiat ex coniunctione differentie cū genere.

Ad intelligentiam autē plenius natura proprij, sciendū est huiusmodi propriū quarto modo significare naturales quasdam proprietates seu aptitudines ad aliquid, quas etiam nonnulli proprias passiones vocare solent, aut naturales propensiones & inclinations, quæ famē propensiones & inclinations naturales, totam aliquā speciem cōsequuntur, utpote naturaliter & necessariō effluēt ab ipsa rei essentiā: sic tamen ut essentiae sint extrinsecæ, neq; pars sint eius, sed tantū ab ea necessariō effluant ac procedat. Effluunt autem non à genere tantū, neq; à differētia tantum, sed à genere simul & differētia, ad eiusdem speciei cōpositionem coniunctis. Ut (verbi gratia) ex animali rationali, id est, ex natura animalis cū rationali qualitate cōficiat, & per eā cōtracta, ad humanae speciei cōpositionem, effluat ac naturaliter necessariō procedit naturalis quædā propensio siue aptitudo,

siue

sue inclinatio ad capiēdī per ratiocinationē & instructionē disciplinā: similiter ad ridendū ex cōsiderationē rei iucudā, similiterq; ad flēndū in contēplatione rei tristioris. Hunc modi autē naturales propēsiones, quoniam adequaret efflūt ex principijs intrinsecis speciei, id est, ex genere & differētia simul compositis, qua(vt diximus) tota sunt specie essentia: hinc sit, vt totam spēcē consequantur, sicut ex aequo in omnibus individuis speciei, cuis essentia fluit. Neq; minus est quilibet naturalis propensio in eo individuo, quod nunquā fortē aētū habuit, aut habebit illus inclinatio[n]es, quam sit in alio individuo, quod frequenter admodū eundē aētū habet: vt non est minus susceptibilis disciplina morio aut amens, quam alius quilibet ex ijs, qui sunt præstantissimi discipuli. Neque minus erat risibilis ille, quem ferunt omnia fleuisse Heraclitus, quam fuerit alius ille omnia ridens Democritus. Neque fuit cachinnones hominibus tetricis magis risibiles, dum secundū proprietatem loquuntur. Ipsa enim naturalis passio sue propensio, in omnibus est æqualiter. Proniores tamen ad risum sunt, & in aētū frequentius exēnt alij alij secundum dispositionē variarū organorū, quibus huiusmodi actus exercentur: vt in illis, in quibus est splen, maioris petulantia facilius risus & cachinni excitantur, in illis autem qui sunt splene duriori, difficilius. Sic qui cerebrum habet reætē dispositum, & vires internas bene habiles, hi disciplinam citius & faciliter capiunt illis, qui eusmodi organa habēt per vllum excessum aut disproportionem, vel omnino male vel non ita feliciter disposita. Omnes tamen homines ex aequo risibiles sunt & discipline susceptibiles, quemadmodū omnes ex aequo animalia rationalia sunt, tametsi non æqualiter omnibus adsit rationis v̄sus. Patet ergo quemadmodum huiusmodi naturales propēsiones totam spēcē consequantur, à cuius principijs efflūt, ac proinde omnibus ipsius individuis sunt comunes. Sed & soliusmodi speciei individui sō ueniāt, neesse est. Cū enim essentia p̄cipia speciei sint tota ratiō adæquata causa & velut fontalis origo, à qua efflūt, vt effectus à sua causa adæquata fieri nō potest, vt aliquid inueniantur extra illam speciem. Sine causa enim sua esse non possunt

possunt, à qua necessario habent semper efflūre. Essent autē sine sua causa, si extra spēcē inueniuntur possent, cuius essentia cōsequuntur. Similiter & ex his manifestū est, quomodo semper & cōveniūt propria suis speciebus. Si enim semper & necessario efflūt, hā naturales propēsiones ex specierū essentijs; necesse est, vt vocabula quoq; has propēsiones significantia semper & necessario de ipsis speciebus dicātur,

CAPUT XXXI.

Definitio proprij, ut est quartum predicable.

Quoniam vero(vt diximus) proprium huiusmodi quanto mo quartā ponī solet vniuersalī species, & quartū predicable; iuſtū est, vt huic quoque secundū rationē predicableis atque vniuersalī definitionē assignemus, sc̄iūt hactenus tribus præcedentibus similes dēdimus ex modo prædicandi definitiones. Sic autem definitur;

Proprium est, quod prædicator de pluribus in quale accidentaliter & necessario.

Hoc est, vniuersale eiusmodi, quod de multis, sue specie, siue numero differētibus prædicatur, in eo quod quale quid est, accidētāliter, necessariō tamē, hoc est, ad interrogacionē factam de re, hoc modo, qualis est, accidentaliter & necessariō. Vbi cū dicimus, in quale, excludūtur genus & species: quez i eo quod quid, nō in quale prædicitur. Cū verò dicimus in quale accidentaliter, differētia excludūtur, quez in eo quod quid est, respōdetur, sed quale essentia liter, non accidētāliter. Non enim hō accidētāliter rationalis est, sed essentia liter, sc̄iūt rationalis qualitas pars ipsius essentialis. Cū verò additur postremo loco, necessariō tamē, ab accidente disiungit proprijs: quod(vt in sequētibus dicetur) prædicator qui dem in eo quod quale est, non tamen in quale necessariō, sed tantū contingēter. Neque enim necessariō est homo doctus, vel bonus, vel magnus, vel albus. Est tamen necessariō dictiōne susceptibilis, & risibilis, atque flebilis. Sc̄iendum autem est, nō solas specialissimas species habere huiusmodi, propria, sed etiā subalternas, omnes videlicet, quæ ex genere cōponunt superiori & cōtrahēte differētia. Vnde & animali

E assigna

Defini-
tio pro-
prij.

Signamus proprium, sensituū esse: vt significet aptitudine^s & naturalem inclinationem ad sentiendum corporis anima-
ti sūt propria, propria, augmentabile, minuibile : corporis
vero, mobile. Vnde quēadmodū suprā distinximus, differen-
tias, quādam genericas, quādam specificas, sic non incōmo
de distinguere liebit propria quēda generica, quae videlicet
consequitur generā naturam: quēdam vero specifica: qua-
naturam consequuntur specialissimā specie. Nequaque
ramen aliam differentiam diuisiōnem, in diuisiōnem & cōfisi-
tiūm, proprio accōmodare valebimus. Nam tamē vītu^s,
diuidere posūt propria, cōstītutere tamen nequaque pos-
sunt vīlam speciem. Non enim sunt aut ēsse posūt species
pars essentialis. Nihil autē rē cōstituere potest, quod non
sit pars essentialis ipsius compositi. Et hēc quidē de proprio
dicta sint fatis. Nūc ad vīlūm vniuersalīs specie pergamus.

C A P Y T X X I I .

De accidente.

De accidente autem, qua: est vniuersalis quinta species & quantum prædicabile, pauca iam in prioribus dicta sunt, cum de differentia cōmuni & propria fieret fermo. Distinximus enim illo in loco, quid accidentis separabile, quidq; inseparabile, qua propter harū rerū répétitione, nihil erit opus. Sat nobis erit natura huius quoq; quinti vniuersitatis, & eius predicandi modum declarare. Definitur autē accidentis à Porphyrio pluribus definitionibus: quarū prima haec est:

Prima de Accidens est, quod adest, & abest, præter finitio ac subiecti corruptionem.
sidentis. Hoc est quod sic subiecto, ut in aliis, non possit videtur.

Hoc est, quod suo subiecto, cui inest, non necessariō inest, sed etiam abesse potest, & ab eo separari, sic ut propter hoc non sit necesse interire subiectum cui prius inerat. Exempli gratia, albedo accidit est corporis eius quod habet albedinem, quoniam licet inest, non inest tamen ei necessariō, sed continua genteria ut posuit non inesse, permanente nihilominus subiecto, & ab ipso eius interitus ut quo abscedit. Potest enim corpus, quod modo albū est, fieri nigrum, neque per hoc lesionē ullam patietur corpus. Similiter homini virtus, arque doctri-

na est accidentis: quoniam & si nunc insit, potest tamē fieri ut aliquando ēā deperdet homo ille, fīatque vacuus & doctrina & virtute: neq; propter hoc desinet esse quod fuerat. Idē quoque sibi vult altera accidentis definitio, quę talis est:

Accidens est, quod contingit inesse & non
inesse eidem.

Intellige ex priori, præter subiecti corruptionē. Hæ autem duæ definitions, de rebus potius quā de vocibus videntur intelligenda: nisi impropiè admodum accipiat adefensio & ineffe pro prædicariabili vero & non ineffe pro non prædicari. Sed hac intentione nihil est opusci: ut initio huius libri declaramus, & totius docut rei processus) p̄apsim litterariori numero de vocibus significantibus, num de rebus significatis, sermonem. Neque difficile est ijs, quibus quicquid est ingenit, ea quæ de rebus dicuntur, suo modo ad voces res eiusmodi significantes referre, & econtrario, quæ de vocibus significantibus, suo modo ad res significatas accommodare.

Definitur etiā accidens per abnegationem quatuor aliorum prædicabiliū iam suprà determinatorū ad hunc modū:

Accidens est, quod neque est genus, neque species, neque differentia, neque proprium, semper autem est in subiecto subsistens.

Quæ sanè definitio, pro hoc loco, non est omnino incōmoda, eò quid iam explicata sint sufficienter quatuor praedita. Et necesse est, omne vniuersale quod neque genus est, neque species, neque differentia, neque proprium esse accidentis: postea quam constat, omne vniuersale horum quinque aliquod esse debere. Veruntamen non æquæ bona suifit hæc descriptio, si ante hunc locum, vllum aliorum praedictum simili modo suifit descriptum. Nam si initio statim libri definiuissest genus esse, quod non est species, neque differentia, neque proprium, neque accidentis, non suifit probanda huiusmodi descriptio, eò quid nondum nullæ suifit que in definitione ponuntur. Nunc vero, dum præcedentes

Secunda
definitio
acciden-
tis

Tertia
definitio
accidētis

quatuor species explanatae sunt, non male nec obscurae vltima per priorum abnegationem definitur: atque id similiter licet, ubique plures sunt species sub eodem genere, in numero determinato: prater vna omnibus definitus ultimam tandem per priorum abnegationem describere. Ultima vero particula, semper autem est in subiecto subsistens, adjectur non ad aliquam necessitatem, sed proprietatem accidentis manifestacionem. Tanto enim est descriptio sive definitio melior, quanto melius ac plenius naturam exprimit eius quod definitur vel describitur. Est autem hoc de natura accidentis, quod quadiu est in suo subiecto subsistit. Quanquam enim (vt id dictum est) possit accidentis a subiecto aesse absque corruptione subiecti, ut accidente perditio, in sua nihilominus subsistet subiectum permaneant: non est tamen secundum naturam possibile, ut accidentis separetur a subiecto, sic ut permaneat in rerum natura. Non solum enim non potest accidentis ab omni subiecto separatum subsistere, sed nec potest extra subiectum particulare cui se mel iherit, existente, ut nec migrare possit de subiecto alio in aliud. Cum enim (iuxta Physicorum sententiam) accidentis esse sit inesse necesse est, vi quadiu est, in subiecto cui inest, debeat permanere. Secundum vero ratione vniuersalium quatenus quantum praedicable est, ita potest accidentis definiri:

Quarta
definitio
accidentis

Accidentis est vniuersale, quod de pluribus contingenter natum est praedicari.

Hoc est, non essentialiter quidem, neque etiam necessario, sed tantum contingenter, ita ut possit etiam de eo vere abnegari. Sic sane doctum esse aut bonum, de multis praedicatur. Complures enim repertunt viri, & boni, & eruditii, de nullo tamen ista praedicantur essentialiter, immo neque necessario: sed de quibuscumque praedicantur, de illis contingenter praedicantur, sic videlicet, ut possit etiam de illis abnegari. De quoque enim vere iam dicimus, quod probus sit aut doctus, de eodē fieri potest, ut dicamus aliquid, ut probus non est, neque doctus. Atque haec una particula differt accidentis a quatuor reliquis generis specie, differet: ita ac proprio. Nullum enim horum praedicatur contingenter: sed propriū nec-

fari

ratio: differentia autem non tantum necessario, sed essentialiter etiam praedicatur, similiter quoque genus & species.

C A P U T X X I I I .

De accidentibus diversis, separabilibus, & inseparabilibus.

DIXIMVS autem in prioribus de differentia tractatus, accidetia quādam esse separabilia, quādā inseparabilia, quā ibi latius explicata sufficiunt. Hoc autem in loco accidendum habis est: ad plenorem accidentis hotiā, etiam inter inseparabilia accidentia esse quandam differentiationem, nequam silentio perterritundā. Sunt enim inseparabilia accidentia quādā singulare sive particularia, quā videlicet vni insunt induciō, non alteri eiusdem speciei. Huiusmodi sunt, cicatrix post sanatum vulnus relicta, oculorum colot cæsius aut albus, atq; id genus alia. Sunt enim hęc inseparabilia accidentia, particularia tameh sunt, ut pote vni individuo conuenientia, hō similiter alteri. Alia vero sunt, que toti aliici speciei conueniunt, & omnibus eius individuis. Ut coru no nigredo cōuenit secundū totā speciem, & cygno albedo, ita ut vel omnino non, vel vix, reperiatur cōtūs, nisi niger: neq; cygnus, nisi albus, potissimum vbi tēpus aduenierit, quo solent hunc sibi colorē acquirere. Verū id fortissim parum videatur, cum legamus pullos corvōrum non statim nigras penas accipere, neque cygnornis albas. Nonnulli quoque visos aliquando albos cōtūs asserunt. Illud ut minimū; quantū ad huiusmodi, cōfāt, quōd licet sic videamus cōtūs omnes fieri colore nigros, & cīgnos albos, non appetere tamē vīla necessitatem ex parte speciei, que videatur expofulare huiusmodi accidentis. Magis vero admirandum est in hominibus, atque adeo in omnibus animalibus, de potentis qui būdā naturalibus, sine quibus nemo hominū, immo nullū animalū posibile est subsistere. Huiusmodi sunt, sensus, tactus, quem Aristoteles attestatur omni animali esse necessarium, ita ut sine eo non possit subsistere, ipsoquē ablato necessit̄ ita omnia animalia corrumpi. Similiter & nutritiā poterit. Sicut enim idē author testatur, necessit̄ est omni vīni quādū vivat, nutriti. Simile est de naturali calore (qui hominē non potest priusquam diē clausurit extremū, deserere) & vitali operatione,

E 3

cordisque

cordisque pulsione, & spirituum agitatio, que omnia anima*li* cui libet adesse experimur, donec subsistit: nūquā vero abesse cōtingit, nisi cū subiecti corruptione. Constat tamen, hæc omnia, nō aliud quām accidēta esse. Nā potēt*ia* illæ naturæ les, manifeste sub secunda qualitatib*s* specie ab*sc*; hæfitatione cōstituitur, ab omnibus philosophantibus. Cetera quoq*ue* aut qualitates sunt, aut actiones quædā, que omnia esse accidentia nemo potest negare. Ex his ergo dubitatio fatis perplexa oritur, quinam fieri possit, vt hæc sint accidentia, cū tam videatur necessari*o* suo inesse subiecto, nō cōtingent*er*; cū nō possint abesse suis subiecti ab*sc*; eoru*m* corruptione. Accidens vero supr*a* defini*t*ur est, quod abesse potest, & quod contingit non inesse, ab*sc*que subiecti iniuria & corruptione. Quomodo aut sine subiecti corruptione potest abesse, quod vbi primū abscesserit extinctūque fuerit in subiecto, statim corrupti facit subiecti cui inerat. Huic aut*e* questioni respōderi potest, ex sublimiori cōsideratione & diligent*ia* inspectione horū accidentium, & earum, que suprapositorū sunt naturalium proprietatum. Naturales enim illas inclinations ex natura & essentia speciei diximus effluere, atque ex cōpositione generis cū differētia necessario effluxu prodire. Hæc aut*e* accidentia que dicta sunt, quantuncunque videantur ad rei subiecti necessaria, non tamen fluunt à principijs essentiialibus speciei. Aliquo*m*, vnu*s* efflet idēque tactus in omnibus hominibus, non multi, neq*ue* diuersi in diuersis: sicut eadē omnia est specifica natura, & eadē eius principia essentia*lia* in omnibus, nō in diuersis individuis diuersa & sicut eadē est in omnibus hominibus risibilitas, aut in omnibus animalibus ad sentiendū naturalis aptitudo. Similiter quoq*ue* dicendū de alijs, quæ supr*a* fuerāt aſignata. Cū ergo hæc nō fluant ab ipsa natura speciei, neq*ue* ab ipsius essentia, cōsequitur etiā hoc, quod nō necessari*o* debet subiectis adesse, posintque abesse suis subiectis ab*sc*; eoru*m* corruptione, quātū est ex parte naturæ speciei quādū coru*m*, quātū ex parte specifica naturæ, nō est necessarius color niger, neq*ue* cygno albus. Sic quælibet accidentia predicit*ia*, quātū ex parte ipsius naturæ specificæ hominis abesse possunt. Ut enim Petru*m* intellig*et* sub hominis ratione,

ratio*n*e, nō opus est cogitare, quod illū sensum habeat; sed sufficit, quod ipsum vt animal rationalis naturæ cōsiderē. Iam si quis obſciat, sic etiā propriū abesse posse, & rē posse intellegi ab*sc*que naturali sua proprietate. Respondebitur, sine iniuria specificæ naturæ proprietatē naturalē non posse intelligi absentē individuali. Velerū quod hominē intelligit, vt nō risibilē aut nō disciplinæ susceptibile, sine specificæ naturæ iniuria id nō facit. Cim enim ex ipsius essentialibus principijs effluat naturaliter & necessario risibilitas disciplinæque susceptibilitas, fieri non potest, vt ab*sc*que specificæ naturæ iniuria, quodcumque hominis individuali imaginemur subsistere, & simili ipsū non esse rifiable aut disciplinæ suscepti*m*. Includit enim hæc imaginatio manifestā repugnanciam specificæ naturæ hominis, eo quod in specie includatur propriū, tāquā ab ipsius essentia necessari*o* & naturali fluxu effluens, ipsa ē, in se suscipit*er* à suis intrinsecis principijs effluens. Ceterū si intelligam Petru*m* vt non habentē qualitatē huiusmodi, que tactu nominetur, aut vt non habentem qualitatem calorē, aut cordis actualē pulsionem, nulla in hoc est repugnancia aut iniuria hominis specificæ naturæ: quemadmodum cum cygnū imaginor nigrum, nulla sit specificæ naturæ iniuria. Quantū enim ad naturā specificā, cygno perinde est, sive colorē habeat nigrū sive albū. Quod si quis roget, vnde ergo hæc necessaria, vt secundū rei veritatem non possint subsistere animali, ab*sc*que sensu tactus & ceteris: Si enim naturæ specificæ non repugnat, quid ergo prohibet, vt fieri id nūquam videamus, imo neq*ue* fieri posse? Huius rei caufam (quoniā in physicis requiriēt magis oportebat) breuiter aſsignantes, dicimus, quod ex parte forme substantialis prouenit, & vniōne corporis cū anima rationali: que duo adiuncte vnta permanere non possunt, nisi quandiu certa quadā harmonia, cōſensus atq*ue* proportio qualitatū in materia perdurat, quam fane proportionē, sensus tactus conſequitur: que etiā proportionē diffoluta anima vltra nō potest materiā informare ſicq*ue* subiectū cogitū deficeri, & ſimil cū huius harmonia diffolutio perit ſensis tactus. Similiter ferē, & de alijs ſuprapoſitis, & ſi que sunt ſimilia, dicendū: quod ob hoc nō possint à sub-

Solutio
obiecio
nis circa
prædicta

ieō separari, quia abſque illorum inexistētia non potest forma ſubſtantialis permaneāti in materia. Sed altius iſta fortaſſe ac latius cuiquam dicta videbuntur, quā Dialecтика patitur conſideratio. Nos tamen ad plenā horum quinque p̄rædicabilium cognitionem ea arbitramur non minimum habere momenti, apud illos potissimum, qui diligenter curioſitate harum rerum naturam ac proprietatem exactius voluerint penetrare, pénitiusque intropicere. Nunc vero ad vniuersalia quinque differentiam & convenientiam paucis deſcribendā tranſeamus.

C A P V T . X X I I I .

De convenientia p̄rædicabilium.

VT ergo breuiter ac ſummatum recapitulemus que ha-
bitenus dicta ſunt, convenientia quidem in hoc omnia p̄rædicabilia, quod de pluribus nata ſint p̄dicari, & habere certum aliquid ſubſicibile, ſive potius ſubſicibilia. Subſicibile enim, correlatum est p̄diciabili: & habet vinum quodq; vniuerſale ſuum ſubſicibile, vel ſubſicibilia potius, ad que comparatum dicitur vniuerſale vel p̄dicable. Subſicibile enim generis eft ſpecies, que ſub ipſa ponitur: ſpecies ſubſicibile, individuum: differentia ſubſicibile, ſpecies quam coſtituit, & omnia eius individua. Proprii vero, ſpecies eſt cuius natura fluit, & omnia eius ſpeciei individua. Accidētia autem ſubſicibilia ſunt ſubiecta, quibus inheret. Cum autē ita ſubſicibilia dicimus, nō intelligimus de ſubiectione, que eft ſecundum p̄dicationem ordinem (ſic enim neq; differentia ſubſicibus coſtituta ſpecies, neque proprio ſua ſpecies, nequi item accidenti ſubiectum cui inhæret) ſed accipiatur ſecundum p̄dicationem, quoniam videlicet ſecundum p̄dicationem rectā & ordinatam, vniuersalia de ſuis ſubſicibilibus p̄diciari nata ſunt.

C A P V T . X X V .

De p̄dicatione ordinata & inordinata.

Quid ſit p̄dica-
tio ordi-
nata vel
inordinata.
SOLO autem hę p̄dicationes, in quibus aliquod quinq;
p̄diciabiliū de ſuo ſubſicibile dicitur, à recenterioribus
ordinatæ nominantur, & ſecundum veritatem ſola ordi-
natæ ſunt, quia in quibus naturalis ordinis coſpondentia
obſeruatur,

obſeruatur. Ceteræ vero, aut ordinem p̄diciū perturban-
tes ſunt, aut male cōmutantes, quas proinde inordinatas cō-
tra ordinem appellant, cū videlicet ſubſicibile contra natura-
lis ordinis coſpondentia de ſuo p̄diciabili dicitur, utpo-
te ſpecies de genere, aut individuum de ſpecie, aut ſpecies vel
genus de differentia coſtitutæ: aut ſpecies de proprio, quod
ipſam conſequitur, aut ſubiectum de eo, quod ipſi inheret ac-
cidenti. Ut ſi dicamus, animal eſt hominem, hominem eſt Pe-
trum, rationale eſt hominem, rifibile eſt hominem, & nigri eſt
cygnus. Et ſicut eū ordinata p̄dicatione genus de ſpe-
cie, aut eius individui dicitur, p̄dicationem ſolent vocare
primi p̄diciabili, id eft, generis, quatenus genus eft eam ve-
ro quae eft ſpecies p̄ficiatissima, vocare ſolent p̄dicationē
ſecondi p̄diciabili, id eft, ſpeciei quatenus ſpecies eft. Diſfe-
rentia autem de ſpecie coſtituta aut ipsius individui p̄di-
cationem, p̄diciabili tertii, id eft, differentia quatenus dif-
ferentia eft, atque ita & de proprio & accidente proportiona-
biliter: ſic per contrarium, quoties ordine perturbato ſpecies
de genere dicitur, p̄dicationem rectē vocant inordinatā,
contra ordinem p̄diciabili primi. Contra enim naturalē ge-
neris ordinem eft, quod ſuę ſpeciei in p̄dicatione ſubiectua-
tur. Cum vero individuum de ſpecie dicitur, p̄dictione eft
inordinata contra ordinem p̄diciabili ſecundi, id eft, cōtra na-
turā ſpeciei, cui magis cōuenit ſecundū naturalē ordinem de
individuo p̄diciari, quam ei ſubiecti. Atque ita proportiona
liter in reliquis. Sic enim in his p̄dicationibus ordinis
eſt perturbatio & inordinata ſunt omniancū id quod ſecundū
ſue ſignificationis natura ſubſicibile eft, p̄diciatur quod au-
tē p̄diciabile eft, ſubiectum. quomodo in regime agitur, cū
iis q; ſeruus natus eft, perturbato natura ordinē, dominatur: q
vero liber & rex natus eft, econtrario ſubiectur. Ut enim hic
regnari, ita illuc p̄dicationis eft perturbatio, cōtra iuſtu ordinē.

C A P V T . X X VI .

De p̄dicationibus identicis, & per accidens.

NON nunquam vero p̄dicationes ſunt que dicuntur,
& ſunt, non contra ordinem vlliū p̄diciabili: ſed p̄di-
cer omniem ordinem, hoc eft, proſuſus abſque ordinē. Ille ni-

E s murum,

P r a ð i -
c a t i o
i n o r -
d i n a t a
c o
r d i -
n a t i o n e m .

mírum, in quibus nec vniuersale prédicatur de suo subiectibili, nec econtra subiectibile de suo prédicatur. In his enim nullus ordo neq; rectus neq; cōmunitas potest inueniri, ita ut etiā si vertas extrema: nō inuenias tamē prédicationē ordinatā. Diuiditur autē hæc prédicatio inordinata prēter ordinē, in prédicationē identicam per accidens: & extrinsecam.

Prædictio identica. Prædictatio identica appellatur, in qua idē prédicatur de seipso. Vt cū dico, Ioannes est Ioannes, hic homo est hic homo, Marcus est Tullius, Gladius est ensis, hic homo est Ioannes. Nihil enim refert, siue induvidū prédicetur de seipso, siue vniuersale. Neq; refert, si vocabula sint diuersa, modo significatio sit eadē. Huiusmodi prédicationes manifestum est præter ordinē: quoniam nullus est ordo rectus eiusdem ad seipsum, quātū ad prédicationē attinet. Prédicatio per accidentes dicitur, quādō res per prédicatū significata, principali-
*** ter nō est in re significata p subiectū, nec cōtrario, ambo tamē reperitur similis in eodē tertio. Verbi gratia, cū dicimus, albus est dulce: manifestū est nec dulcedine esse in albedine, nec albedinē in dulcedine (q; sunt res p extrema prédicationis illius principaliiter significata) itaem simili in eodē tertio inueniuntur, nempe in lacte. Sic per accidentes dicimus, calidū esse siccū, frigidū esse humidū. Non enim calor est in siccitate, nec cōtrario siccitas in calore: simili tamē in eodem igne inueniuntur. Ita nō est humiditas in frigiditate, neq; hēc in il-
la, sed amb̄ sunt in eadē aqua. Hæc autē prédicatio, quoniā latē patet, & eius cognitio est philosophiae ad modū necē faria (cuius est vbiq; ea, que per se ab iis, que per accidentes dili-
genter separare) idcirco pauculas ad eius cognitionē hoc in loco regulas dabimus. Prima hac est: Quādō aliquis termi-
nus cōcretius nouē ultimorū prédicamētorū vere prédicatur, de simili termino alterius prédicamēti, ferē est prédicatio per accidentes. Vt cū dicimus: Quātū est quale, lineaū est cōloratū. Pater est quantus. Filius est eruditus, Grāmaticus ambulat. Existēs in loco est in tēpore. Sedens est vestitus, atq; ita in alijs. Signatē adiecimus ferē particulā diminuentē & subrahētē aliqd à generalitate regulē, quoniā interdū cōtinuit prédicationē esse ordinatā, & nō per accidentis, in qua ter-

Prædictio per accidentem. Prædictio per accidentem est, quando res per prédicatū significata, principali-
ter nō est in re significata p subiectū, nec cōtrario, ambo tamē reperitur similis in eodē tertio. Verbi gratia, cū dicimus,

albus est dulce: manifestū est nec dulcedine esse in albedine, nec albedinē in dulcedine (q; sunt res p extrema prédicationis illius principaliiter significata) itaem simili in eodē tertio inueniuntur, nempe in lacte. Sic per accidentes dicimus, calidū esse siccū, frigidū esse humidū. Non enim calor est in siccitate, nec cōtrario siccitas in calore: simili tamē in eodem igne inueniuntur. Ita nō est humiditas in frigiditate, neq; hēc in il-
la, sed amb̄ sunt in eadē aqua. Hæc autē prédicatio, quoniā latē patet, & eius cognitio est philosophiae ad modū necē faria (cuius est vbiq; ea, que per se ab iis, que per accidentes dili-
genter separare) idcirco pauculas ad eius cognitionē hoc in loco regulas dabimus. Prima hac est: Quādō aliquis terminus cōcretius nouē ultimorū prédicamētorū vere prédicatur, de simili termino alterius prédicamēti, ferē est prédicatio per accidentes. Vt cū dicimus: Quātū est quale, lineaū est cōloratū. Pater est quantus. Filius est eruditus, Grāmaticus ambulat. Existēs in loco est in tēpore. Sedens est vestitus, atq; ita in alijs. Signatē adiecimus ferē particulā diminuentē & subrahētē aliqd à generalitate regulē, quoniā interdū cōtinuit prédicationē esse ordinatā, & nō per accidentis, in qua ter-

minus

minus cōcretius vnius prédicamēti prédicatur de alio alterius prédicamēti. Vt est in his prédicationibus. Quantū est coloratū. Superficiatū est albū. Lineatū est figuratū. Corpulen-
tū est sphēricū, atq; ita in similibus iuxta illorū probabile sententia, qui dicunt corporalia accidentia immediate in quantitatibus subiectari, a mediante quantitate in substantia. Idē est de his iudicū: Quātū est æqualē aut inæqualē. Album est simile. Nigrū est disimile, vbi terminus prédicamēti est aliquid prédicatur de termino prédicamēti quātitatis vel qualitatis.

Secunda regula: Quando verē prédicatur de se in-

uicem diuersa accidentia emēde prédicamēti sub diuersis generibus aut speciebus contenta, prédicatio ferē est per accidentes. Huiusmodi sunt istē: Pater est filius, Dominus est seruus. Durū est coloratū. Albū est dulce. Flavum est amarū. Lineatum est numeratū. Percutens est intelligens. Vestitus est armatus, & aliæ consimiles. In singulis enim, subiectū & prédicatum sunt euīdem prédicamenti, sed sub diuersis sunt generibus pater & filius, ambo sub ad aliquid sunt, sed pater est ad aliquid superpositionis, filius ad aliquid suppositionis. Idē est de domino & seruo. Durum & coloratum, ambo sub qualitate sunt, sed durū sub secunda specie, coloratū sub tertia. Ita in ceteris. Signanter adiecta est excipiens particula, ferē, quoniā interdū regula instantiā patitur. Vt cū dicimus: Corporale est superficiatū, superficies est lineaū, sectiū eorū sententia qui dicunt superficiem esse in corpore quantitate, ut accidens in subiecto, & lineam similitudinem in superficie. Verū harū rerū plenior cognitio, ex prédicamētis pender.

Ter Tertia regula: Quandoenq; verē vna differētia vniuersalis prē-regula dicantur de alia itē vniuersali, aut propriū vniuersale de alio simili, prédicatio est per accidentes. Exempli gratia: Hæc sunt per accidentes prédicationes: Rationale est sensibile. Sensibile est animatum. Animatum est corporeum. In quibus prédicantur differentias communias de ē inueniunt. Similiter & hæc: Risible est fleble. Risible est capax discipline. Rudibile est portatiū onerū. Mugibile est natū lac dare. Risible est mobile secundū locū. Huius regulæ ratio est, quoniā vna natura differētialis nunquam est in alia, cū sit natura diffen-
tialis

rentialis (vt supra declaratum est) omnino simplex & incōpō-
sita. Idem consequtur & de natura proprii, quod vñ nō sit
in alio, sed si mul̄ infinit̄ eidē naturę sp̄cificę à qua efflunt,
vt supra dictum est. Signatur autem dictum est in regu-
la. Quando differentia communis prædicatur de differentia
simili, aut proprium commune de simili, quoniam (uxia cō-
mūnem multorum sententiarum) quoties differentia communi-
nis prædicatur de suo individuo proprio, est prædicatio or-
dinata, & secundi prædicabilis. Item & quādo proprium cō-
mune prædicatur de suo individuo. Vt cūm sic dicitur: Hoc
rationale est rationale, hoc sensibile est sensibile, hoc supe-
ptimū disciplinæ est suceptuum discipline. Dicunt enim, o-
mnē differentiā vniuersitatem in cōparatiō ad suū propriū indi-
viduū esse speciū specialissimam, & speciū prædicabilem, si-
militer & de proprio vniuersali dicunt respectu suū individui.

C A P Y T X X V I I I

De predicatione extrinseca.

• Prædica-
tio extre-
mæ.

P R A E D I C A T I O N E extrinseca est, quando res p̄ncipali
ter significata per prædicatum, non est in re ipsa per sub-
iectū significata, nec cōtrario; nec ambo sunt in uno tertio,
dicuntur tamen de sentiuē propter certā aliquā habitudi-
nem rerū significatū adiuniciū. Vt hæc sunt extrinseca: Co-
lor videtur. Sonus auditur. Odor odoratur. Calor aut frigus
tangunt. Lapis intelligitur. Cælum consideratur. Manifelū
est enim, quod visio, auditio, odoratio, tactio, intellectio, &
cōsideratio, nō sunt in rebus vñs, auditis &c. Sed in ipso ho-
mīne, qui videt & intelligit. Est autē quædā specialis habitu-
do coloris ad vñsum & visionem, toni ad auditionē, odoris ad
odorationem, qualitas tangibilis ad tactiō, rei intellectæ
ad intellectiō, nimurum habitu obiectū ad actum, qui est
circa ipsum vel de ipso. Atque ob hanc habitudinē sic de se-
ntiuē dicuntur, non ratione mutua inexistens. Huiusmo-
di dicuntur esse omnes prædications, in quibus prædicantur
termini, qui à Dialecticis appellantur secundæ intentionis,
aut impositionis, de terminis primæ impositionis: cuiusmo-
di sunt penè omnia, quæ definitur in scientiis fermocin-
ilibus, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Vt cūm dicimus,

Iohannes

Iohannes est nōmē. Amo est verbum. Amans est participium.
Homo currit est propositio. Animal est genus. Homo est spe-
cies. Petrus est individuum. Homo est secunda substantia. Pe-
trus est prima substantia. Et quia hoc in loco opportunité se no-
bis offert cōmoda occasio de terminis primæ & secundæ in-
tentionis suis impositionis tractandi, opera p̄ pretium nobis
vñsum est eorū differentiā hic proferre, idque nō nisi ex sen-
tentia Seuerini Boeti, inter commētatores Aristotelis fidelis
simi. Cuius hæc est super ea re sententia: Primum omnū rebus
ipsiis singulis ad arbitriū imponētū fuisse imposta nomina:
vt substantia, quæ est homo, sūnum est nōmē assignari, & illi
quæ est equus, sūnum item peculiare quo appellaretur, vocabu-
lū. Ipsius quoq; rei accidēntibus, quæ & ipsiæ res sunt accidē-
ntales, sunt imposta sua nomina, ut accidens illud secundum
quod dicitur homo quantus, diceretur quantitas; vt qualitas
illa, quæ visiblē facit substantiā, appellaretur color, arque ita
in ceteris: vt operations, quæ substantiis cōuenient, distinctis
quoq; vocabulis nominarentur, per huiusmodi vocabula, ca-
lesfacere, frigescere, agere, pati, percuterere, secare, indurare,
emolliere: itē vt habitudo ipsa ex parte rei inter substantiā gi-
gnentē & genitū exprimeretur nominibus patris & filii, habi-
tudo imperiū & subditū p̄ nomina domini & serni, arcu, ita
in ceteris omnibus habitudinibus, que ex parte rei in ipsis re-
bus inveniuntur. Hæc proinde oīa dicuntur vocabula primæ
intentionis vel impositionis, quoniam hæc prima sunt intēcio, &
hoc primū fuit studiū impositionibus, vt rebus ipsiis & substi-
tutis & accidēntibus singulis singula indenter vocabula.
Postea vero quādū huic primæ intentionē fuisse satisfactū, &
prima illa impositione circa res fuisse perfecta, animaduersum
est, inter vocabula illa primæ impositionis ex parte significa-
tionis accepte per primā illā impositionē, quædā cū sentiuē
conuenire, alia differre, nō secundū aliquid ex parte rei exi-
stens, sed secundū vim & ysum significatiōis accepta. Ani-
maduversum est, quædā vocabulorū illorū supponi & subster-
ni ex sua significatiōis iam acceptæ proprietate, alia vero
substratis & subiectis apponi, omnia nimurum nomina apta
esse ad subiiciendū, non per se ad prædicandum contra vero
verba

verba esse apta ad prædicandam per se, non ad subiectum dū. Anumadueris est, quædā vocabula ex impositis esse generalia valde, & multis etiā speciebus diversiō cōuenire, alia nō nisi vnius speciei individua. Hoc ergo sicut secunda impositorum intentio & studiū subsequens ipsius quoque vocabulis iam antī pro arbitrio effectis noua indire vocabula, que iam non rerū foris existentium, sed ipsorū tantū vocabulorū, ex parte acceptae significationis efflent nomina sive vocabula. Vnde ex hac secunda intentione, cōsulū impositoris illa vocabula, que subiecti per se snt, nō per se prædicari, non mina decreuerunt appellāda: illa autē que prædicari de aliis, nō subiecti nata sunt, efflent verba. Itē vt illa vocabula, que inuenientur ex accepta significatione de multis speciebus prædicari, dicerent generalia, quæ autē solū de singularibus vnius speciei, dicerent species: ipsa autem singularia, que de nullis subiectis possunt prædicari, dicerentur individua. Ita in cæte ris potest declarari. Ecce habes intentionē secundā, que posteriorē subsequuta est, & quasi ē priori enata. Ab illa enim ad hanc profecta est humani animi sagax industria, & presupponit hęc illam. Hoc scilicet est dicti vocabulū primā intentionis, id est, circa quod ac similia primā veritate est imponētiū intentio. Hoc est vocabulum primæ impositionis, quod in illa prima rerū impositio est institutū ad suā rem significādā. Secundē autē intentionis vocabula sunt, circa quę nō primū studiū primā attingo & intentio imponētiū snt, sed posterius ex prima impositione facta excitata est impositorū intentio ad ipsa quoque posterius certę significationi destināda. Et hęc sunt impositionis secundę vocabula, que in illa secunda impositione post primā subsequuta, sive significationi sunt deputata. Hęc est vera & indubitate sup prædictis Boetii sententiā, quā nos idcirco prolixius declaravimus, quoniā pulchra est cōsideratio, sed capti fatis difficultas, vt ferē sunt (uxtra pro uerbū), difficultas que pulchra. Hęc autē vocabula secundae impositionis sive intentionis, nō significat res ipsa foris existētes, nec subiectias, nec eorū realia accidētia, sed tantū habitudines quædā & cōparatiōes sive relationes intellectus humani, quas proinde relationes ratiōis appellare solēt: quæ nō in ipsis sunt rebus,

sunt rebus, sed tantū in intellectu humano. Quod ita euidenter monstratur. Quod enim vox homo dicatur nomine & nō verbum, quid vox homo sit species & non genus, quid rationale differentia & non proprium, manifestum est non esse ex parte aliquius rei vel realis proprietatis, in ipsa voce realiter inexistentis. Nam si nulla omnino circa vocem illam fiat mutatio realis, ex solo arbitrio hominū poterit fieri, vt vox illa homo sit genus, & non species: contrā, animal fiat species, & non genus: rationale proprium, & non differentia: rūsibile differentia, & non proprium. Videlicet vox intraicta & invariata permanente, tantum ex suo arbitrio, homines authoritatem præcellentes in lingua Latina, decernant vocabula, homo & animal, permittare exiunt significationē: item rationale & rūsibile, vt quod haec tenus latini significauit animal, post hoc significet homo, & econtrario: quod haec tenus rationale, post hoc rūsibile: procedulib[us] ex hac tantum mutatione humani arbitrii fini illa sui mutatione, iam erit homo genus: animal species, rationale proprium, rūsibile differētia. Velint q[uo]dque homo iā significare, quod haec tenus amo significauit, & econtrario, statim erit vox homo sine sui reali mutatione verbum, & coniugabitur per personas homo, homines, homare. Autem autem nomen erit, & declinabitur amo amonis amoni. Pater ergo, quod nullam realem proprietatem vel accidentem vllum realiter inexistens ipsiis rebus significant termini secundæ impositionis. Ex quo deinde manifesto cōsequio inferitur, quod in principio huius capituli diximus, prædicationes illas, in quibus prædicantur termini secundae impositionis de terminis primæ impositionis esse extirpandas. Videlicet in promptu est ratio: quoniam quod per prædicatum significatur, non est in illo, quod per subiectum significatur in ipso, videlicet vocabulo pro quo est in tali prædicatione semper subiecti acceptio. Terminus enim primæ impositionis (vt est regula Dialeticorum) qui subicitur respectu prædicati, quod est terminus secundæ impositionis, non illic accipitur pro ipsa re, ad quam significandam ex primaria impositione est impositus, sed pro ipsomet vocabulo, quatenus est significativum talis rei.

De differentia quinque prædicabilium, secundum diversos modos prædicandi.

Differentia autem quinque prædicabilium, tametsi ex prædictisatis colligitur, placet tamē hic breuiter eā repetere. Scindū itaq; est genus & specie differre secūdū subiectibilis diversitatē, nimirū quod genus prædicetur de specie differentiis, species vero de solis numero differentiis: exterrū, ipse prædicandi modus, quo hēc iātū de numero differentiis, illud de differentiis specie prædicatur, id est, nempe in eo quod quid est, in responsive ad interrogatiū signū quid. In reliquis autē, ex ipso prædicandi modo potissimum accipienda est differentia. Habet enim genus & species alium modū prædicandi, quām habeat differentia, aliū quām propriū, aliū quām accidens, differentia itē alium habet à genere & specie, itēque à proprio & accidente, faciūntque hi modi prædicandi, ordinatas prædications diversi generis. Genius enim & species quoniam ad interrogatiū quid est, respondentur de subiectibilis prædications faciūnt, quas licet confitō, tamē ad rem significandā apto satis vocabulo) vocat Dialectici quidditatūs. In illis enim subiecti quidditas, id est, quod sit, exprimitur, vt in superioribus factū est dilucidum. Differentia vero nō prædicatur quidditatū prædicatio, quoniam nō ad interrogatiū quid est, respondeatur, neq; qd res sit, exprimitur: sed prædicatur in eo quod quale qd est, neq; quoniam dicitur quale, sed essentialiter, atque idcirco prædicatio essentialiter facit & qualitatū, vt rebus secundum necessitatē accōmodemus apta vocabula. Potestque hēc differentia de suo subiectibili prædicatio, essentialiter qualitatū, vel essentialis & qualitatū nuncupari. Indicat enim de re, qualis essentialiter existat: & essentialē ipsius qualitatē (vis si Porphyriano more loquamur) assignat. Propriū autem, neq; quidditatū facit prædicatio, quoniam non in eo quod quid est, prædicatur, neq; essentialē: quoniam nō essentialiter de subiecto prædicatur, qualitatū tamē facit, sed accidentalē, id est, nō essentialē, necessariā tamen. Vnde prædicatio propriū de suo subiecto, accidētalis & neessariā rectē nuncupabi

nuncupabitur, sic accipiendo accidentaliter large, vt valeat, non essentialiter. Indicat enim propriū, qualis sit res necessaria, & non essentialiter. Nouissime autem omnium accidentis prædicatioem facit contingentē: quoniam videlicet subiecto prædicatum conuenit contingentē, ita vt adesse possit & abesse prædicari & negari. Indicat enim de re qualis sit contingentē. His vero de prædicabilibus ita determinatis & assignatis per singula, finem huic imponamus tractatū, ad omnipotentis Dei gloriā, qui sua prouidissima eternae sapientiae dispositione sic res rerumque naturas aptissimo digestis ordine, ut quicquid de vniuersa rerū natura cogitari posset, id sub quinque vocum determinatione posset comprehendendi. Ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.

LIBRI SECUNDI CONSIDERATIONIS DIALECTICAE, QVI DE PRAE-DI-CAMENTIS INSCRIBITVR

PRAEFATIO.



INFINITAM rerum ab optimo maximō: Deo, ad ostentationem immēta pōtētia, sapientia, atque bonitatis suae cōditatū, varieratē, quoniam sigillatim nō potuit humanū ingenium fuesitgare atque pertractare, laboriosa sagacitate infinita, tē illam particulariū, in pauca aliquot vniuersalia coēgit, sub quibus illa omnia, tā multa, tam varia, tam ab iniuicem distātia, saltem generatim cōcluderet, quae distinctē & sigillatim nequiescer cōprebēdere. Hæc sunt decē illa prima genera, substantia, qualitas, qualitas, ad aliquid agere, pati, vbi, quādo, situs, & habitus: ad quorū aliquod necesse est redigi, quicqd in creatis rebus, vel substantiale, vel accidentariū possit repertī. Propter quod & prima vel generalissima genera appellantur, eō quod ante ipā nō sint alia priora genera, & ipsi subi ciātur cetera omnia. Dicuntur quoq; κατκύρωσις, id est, præ-

dicamēta, quod ipsa de alijs omnibus generibus & speciebus aręe individuis singula de fibi subiectis prædientur. De his igitur decē primi generibus vniuersali significatiōnē totam rerū infinitatē complectētibus, in p̄senti libro sermo institutus: in quo Aristoteles philosophorū facile principiū ordinem atque determinationēm præcipiū insequimur, quomodo in p̄sidenti quinque prædicabilium libro Porphyrii p̄fisiūm traditionem pro viribus suūmis insequim̄.

CAPUT PRIMUM.

De tripli acceptione termini prædicamentum.

ET p̄mūlū quidē de Categorīz sue prædicamenti vocabulo/ne iugato nomine quis h̄aret? sc̄iendum est, tripli ip̄sum significatiōne vñ pari. Interdum enim generaliter pro vocabulo quolibet, quod dicitur, sive prædicatur de alio, sumitur: vt homo, equus, album, nigrum, currere, iacere dicantur prædicamenta, & in summa quecūd potest de altero prædicari. In quā ferē significatiōne, vocabulo isto vñus est diuus Gregorius, homili septima dicens: Ioannem Baptitā ad se venientibus respondit: prædicamenta vita, id est, verba vita, verba scilicet veritatis & iustitiae. Atque hoc modo omnia vocabula, quia in ordine quolibet prædicamentali ponūtur, prædicamenta dici possunt. Secundū prædicamentū accipitū pro tota aliqua collectiōne & coordinatione generū ac specierū, sub uno aliquo genere generalissimo, secundū sūi ordīnē dispositū. Ut tota illa coordinatio generū & specierū sub genere substātia, que in libro prædicabilium posita est, dicitur prædicamentū substātia, videlicet à genere supremo' quod caput est totius collectiōnis, & quasi p̄mūlū principiū habēs appellationē. Hoc modo accipitū prædicamentū, cū dicitur apud Dialecticos, vocabulū aliquod in hoc aut illo prædicā mēto cōstituit, id est, in hac aut illa collectiōne prædicamentā. Tertiū prædicamentū accipitū specialiter pro ipso quod est summi, in aliquo prædicamentālī ordine, nēpe pro primo tātū & generalissimo genere. Atq; in hac significatiōne sumitur prædicamentū, cū dicitur: Homo est sub prædicamento substātia, id est, sub illo prædicamento quod est substātia. Sic dicimus substātia esse, p̄mūlū prædicamentū, quantitatē

quantitatē secundū prædicamentū, &c. In proposito igitur cū dicimus, librum istum de prædicamentis p̄trafactare, accipendū est prædicamentū vel secundo vel tertio modo. Tractat enim liber iste de primis decē generibus, atque etiā de totis coordinationibus, quarum illa sunt capita.

CAPUT III.

De antepredicamento & p̄mūlū de equiuocis.

ANtē quād ad prædicamentū determinationē procedat Aristoteles, quādā p̄mittit ad eorū cognitionē, p̄parātū p̄mūlū p̄mūlū: que proinde à recēntiorib⁹, nō improprie effictu vocabulo, appellata, sunt antepredicamenta, quasi ante prædicamentū determinationē tradita. Haec sunt definitions tres: nēpē, equiuocorum, vniuersorū, & denominatiōrum, diuisions duæ, & duæ, item regulæ. Quæ omnia eo ordine, quo ab illo sunt posita nobis, veniunt declaranda, priusquam prædicamentorum aggrediantur elūcidatiōnē. Definitio igitur equiuocorum hac est:

Aequiuoca dicuntur, quorum solūm nomē est commune, & ratio substantiæ secundum illud nomen est diuersa.

Pro cuius definitionis intellectu notandū est equiuocū dici dupliciter. Interdū enim dicitur equiuocū, vocabulum ipsum quod plura habet significata, vel p̄ significationes plures, quād modū dicitur canis habet plures significatiōnes, quarū vna significat animal domesticū, quod latrādo domū seruat, altera celeste sydus illud, quo se prodēt ardor immōdicus exurit segetes, vnde canicularē dies vulgo appellātur. Quas duas significatiōnes nemo dubitat esse diuersas. Interdū vero equiuocū dicitur ipsum significatū, & equiuoca dicūtur ipsa significata diuersa, quæ sic per idem vocabulū significatur, mediatis diuersis significatiōnib⁹ sive cōceptibus. Ut canis domesticus latrās, & celeste illud exurēs sydus, equiuoca sunt: cōparatione ad vocabulū canis, per quod ambo significantur, mediatis diuersis significatiōnib⁹ aut cōceptibus. Quod signāter adiicitur, quoniam nō omnia plura significata eiusdem vocis, dicūtur equiuoca in compara-

Definitio
æquiuo-
corum

tione ad illam vocem, sed oportet plura illa significata secundum diuersas significations, aut diuersos conceptus significari. Homo nāque & equus diuersa sunt significata vnius ter mani animal, nō tamē aquiuoca sunt, sed vniuoca: quoniam licet plura sint significata vnius termini animal, significatur tamē per illū mediante vno conceptu, vel secundū eandē significationē. Secundū vnā quippe & eandē significationē, & secundum conceptū sive cogitatiūvnum genus animal, significat hominē, equum, asinum, & omnes species. Interdum itaque aquiuocū dicitur ipsa dictio plures habens significations. interdum verò ipsum significatū, quod per dictio nem talē significatur. Ad quartū diuersi acceptio definitionem, recentiores non in consimile efficiunt vocabulis, prius appellant & aquiuocū & aquiuocans, id est, aquiuocē plura significans posterius dicunt, & quiuocū & quiuocatū, id est & aquiuocē significatū. Hoc prēmisso, ad elucidandā Aristotelis ſu proposita definitionē accedamus. Quae licet posit & aquiuocantibus & aquiuocatis citra absurditatem, ſuo modo applicari: cōmodius tamē de aquiuocatis intelligatur hoc mō: Aequiuocū & quiuocata, dicuntur aliquis vocabuli plura alia quia significata, quibus ſolū nomen aquiuocans cōmune eft, per significationem atque etiam per p̄adicationē: sed ratio ſubstantiae secundū illū nomen eft diuersa, id est, licet idem nomen plura significet, & de illis p̄adicitur: nō tamē ſecundū eandem rationē, vel ſecundū eundem conceptum effentialē, vel ſecundū eandem definitionē ſubstantialē. Exempli gratia, canis latrās in domo, & canis aſtuans in caro, plura ſunt significata, quibus vniū nō ē canis, in significādo, atque etiā in p̄adicādo, cōmune eft. Dictio ſiquidē canis, vtrū que significat, & de vitro p̄adicitur. Veritatem ſolum nō ē cōmune eft illis, ita quod nō ē ſe cōmuni ratio ſubſtātē, ſed diuersa quia nō ſecundū eadē significationē, canis utique ſignificat, nec mediante vno eodēmque cōceptu, ſed mediatis diuersis significatioibus & cōceptibus. Ideo plura illa ſignificata, dici debent aquiuoca & aquiuocata, cōparatione ad terminū canis, & aquiuocē illa plura ſignificatē. Per ratio nem autem ſubstantiae, quidā intelligent concep:ū ſubſtantiale

tiāle ſive effentialē, alijs definitionē effentialē, vel (ſi defit definitio) deſcriptionē. Et vtrūque ferē in ide redit. Siquidem ad inuicē conexa ſunt, diuersis conceptus, & diuersa de finiſti, vt ſi terminus aliquis plura ſignificet mediatis diuersis cōceptibus, etiā de eisdem dicatur, ſecundū diuersas rationes, ſive definitions, cōtrā vero, ſi mediatis vno conceptu effentiali, etiā mediatis via definitione effentiali. Exempli gratia, animal mediatis vna effentiali conceptu, ſignificat hominē, equum, asinum, &c. idcirco de omnibus illis etiā ſecundū vna rationē, ſive definitionē effentialē p̄adicitur. Homo enim eft animal, quia corpus animatū ſenſibile: equus utē eft animal, quia corpus animatū ſenſibile: atque ita in reliquis. Cōtrā vero terminus canis, quia ſecundū diuersas significations, aut mediatis diuersis conceptibus ſignificat ſydius vrēs & latrās animal, idcirco nō ſecundū vna definitionē vel rationē de vitro, dicitur. Si enim qras, quare ſydius ex lefe illud capis dicatur, nō eadem aſsignabit ratio, ac ſi queratur de latrāte animali, ſed longē diuersa. Nihil itaque aut perparum refert, ſive per rationem ſubstantiae in hac definitione aquiuocorū, atque item in illa, que ſequitur vnuo corū, intelligatur cōceptus ſue definitio. Si vero de aquiuocis & aquiuocatis cuiuā placeat interpretari ſu proposita definitionē, ad hunc modū eam explicabit. Aequiuocāta dicuntur vocabula aliqua, quorū nomen eft cōmune, id est, que ſecundū nomen ſunt cōmunita, pluribus ſuis significatis, ſed ratio ſubstantiae nominis eft diuersa, id est, diuersa ratione ſi gniſcant plura illa, aut de pluribus illis dicuntur. Verū prior expofitio cōmodior minutię torta videtur.

C A P V T III.

De aquiuocū à caſu & à confilio.

E st autem duplex aquiuocū, nepe aquiuocū à caſu, & aequiuocū à confilio. Aequiuocū à caſu dicitur, quod plura haber ſignifica tā ſequitū principaliā, ita vt nō vnu ſignificet propter ſimilitudinē cū altero, vel relationē ad alterū. Sic dictio canis, aquiuocē eft rēpectu animalis latrātū, & ce leftis ſyderis. Sic dictio Petrus, aquiuocē ſignificat hic atque illū. Malus aquiuocē ſignificat arborē pomiferā, & malū na



„ Aequi
„ ūcū à
„ , catu,

Ratio
ſubſtantiae.

AEqui uis. Polypus equiuocē signat pīscē & morbum. Aequiuocum, uocū à autē à cōfiliō dicitur, quod plura habet significata: sed vnum cōfiliō, principalius, & aliud minus principale, vt pōpter similitudinē vel cōparatiōne, aut relationē ad significatū principale, vt homo aquiuocē significat hominē viuum, quod est, ipsius principale significatū, & hominis imaginē depīctā, aut sculptā, aut tūsam, quod est significatum minus principale, vt pote quod nō nisi pōpter similitudinem imaginis cum viuo homine, secundū lineamētorū protractionē & colorū dispositionē, per dictiōne homo reprēsentatur. Si Deus prima & precipua significatio, significat id quod naturā habet diuinā, sive quod secundū naturā Deus est: deinde minus principalius quod sola aestimatione Deus putatur, significat: itē & eos, qui secundū aliquā participationē similitudinē dīj appellantur, vt iudices & p̄p̄positi populoū dīj a appellantur in sacris literis, eo quōd aliqua ex parte deo verō fini similes secundū acceptā ab eo potestate atque autoritatē. Ita fanū principalius id quod sanitatē in se habet, significat, nempe sp̄m animal, quod in se habet sanitatē. Minus autē principalius significat id quod sanitatis est effectū, quo modo medicina dicitur fanū: atque etiā id quod est indicatiōne sanitatis, quomodo vrinā dicimus sanan. Ratio autē harū appellatiōnū, secundū quā distinguit priora aequiuocā vocētur à causa, ista posteriora à cōfiliō, haec est: quoniam id quod plura habet significata equū principalia, quorum nō alterum pōpter similitudinē cum altero, vel relationem ad alterū significat, manifestū est caſū & fortuito nāctūm esse plures illas significatiōnes, nimirū quod caſū obtigerit idem vocabulum pluribus accōmodari significatiōnibus. Quod vero plura habet significata, sed alterū tantum pōpter similitudinē cum altero, vel cōparatiōne ad alterū, manifestū est, id non caſū sic obtigerit, sed ex consideratione, iudicio, & cōfiliō hominū, qui cōsiderātē similitudinē hūus cum illo, eodē nomine indicant appellādam similitudinē, quo ipsum p̄cipuum, cuius est similitudo. Vt videntes statuā Cæſare similitudinē habere in lineamentis atque habitus apparētia exteriori, cum viuo ipso Cæſare, statuā appellant Cæſarem. Appellarunt quoque

quoque istud aequiuocū à cōfiliō alio nomine ἀνάλογον, quā si secundū relationē aut comparatiōne plura significans, verū tamen non dicitur dictio aliqua ἀνάλογον nisi respectu significati aliquis minus principalis. Vt, verbi gratia, homo non dicitur analogum respectu hominis viui, quoniam nō ipsum significat per relationem aut comparatiōne, sed per propriā impositionem: analogum autem dicitur respectu hominis pītē, quem non ex propria & primaria impositione, sed ex similitudine & comparatione significat. Aequiuocum tamen à cōfiliō dicitur, respectu amborum significatorum alterius principialis, & alterius minus principalis.

C A P V T . I I I .

Tres ponantur de aequiuocis regulā.

D E his autem aequiuocis tres solent poni regulā, quarū prima & tercia omnibus generaliter conueniunt, secunda tantum aequiuocis à cōfiliō sive analogis.

Prior hæc est:

Nullum aequiuocum ut aequiuocum, potest constitui in vlo prædicamento, neque vlla definitione potest definiri, neque diuisiōne diuidi.

Huius dicti ratio est, quia aequiuocum ut aequiuocum nihil vnum significat, sed plura indeterminata. Oportet autē determinate vni habere significatū, quod debeat in prædicamento constitui, aut definitiōne aliqua definiri: aut diuisiōne diuidi. Quod intelligi debet in divisione propriæ dicta. Nā impræpria diuisiōne possit canis diuidi in cane latrātē, & sydus cæleste. Verū hæc potius enumeratio est significatiōnium termini aequiuoci, quām ipsius diuisiōne. Signanter dicitur, aequiuocū ut aequiuocis, non posse in vlo prædicamento, &c. quoniam aequiuocum secundū vnam significatiōnem consideratum, rectē in prædicamento cōstituitur, & definitur, & diuiditur. Sic enim nō ut aequiuocum consideratur, sed ut vnuocum.

Secunda regula:

Analogum per se positum stat pro suo significato famosiori.

Secunda regula.

F 4 Hoc

Hoc est, pro significato praecipuo & primario accipitur, & pro eo vno verificatur id, quod dicitur. Dicitur aut per se ponit analogum id est, aquinocū equinoē cōfīlio, quādō nō additur ei dīctio alia, quia ipsum trahat ad significatiū minus principale, aut quē ipsum indicet pro minus principali accipi. Exempli gratia, dictus Cēsar, cūm dico, Cēsar est longus tex pedes. Cēsar agit Rome: per se ponitur; quoniam nō additur ei aliqua particula distractiōnē ipsum ad significatiū alterū minus principale, sed in ea cōfīlio libertate. Ideo pro suo significato praecipuo sine hesitatione accipitur. Cūm autem dico: Cēsar fēci, pīctus, fūlīs, aut fūlīs, item Cēsar terreus, vel aureus, vel argenteus, vel huiusmodi: aliiquid manifestum est per aliquam illarum adiectiōniū distractiōni terminū à si gñificato praecipuo ad secundariū & minus principale. Fa cile enim quilibet intelligit illic non de vero Cēsare, sed de eius imagine fieri sermonem.

Tertia regula.

Tertia. Aequiuoco non debet esse v̄sus in disciplinis, nisi fuerit distinctum.

Hoc est, nisi priu sacerdoti indicatiū, pro quo significato debet accipi. Cuius ratio est: quoniam equinoē indistinctum (vt rectē dīci solet) confūsiōne parit. A disciplinis autem omnis confusio longē arcenda venit, vtptō in quibus omnia cōuenit esse quādō ordinatisimā, minimeq; perturbata. Qui enim confusio & perturbationē rēfū vocūm; studēt, hos cōstat non bone dīcīplīng, sed sophistice cauillatiōnē esse studiosos. Hāc tēnus de equiuoco aquinocantibus, & equiuocatis à casu, item & confīlio. Nunc ad vnuocā pergamus.

C A P V T . V .

De definitione vnuocaram.

Defini-
tio vni-
uocorū.

VNIUOCĀ dicuntur, quorum & nomen est commune, & ratio substantiæ secundum illud nomen est eadem.

Huius definitionis intellectus, magna ex parte haberi pot ex supraposita & declarata definitione equiuocorum. Secundum comparationem nanque omnia sic dicenda sunt devini uocis,

uocis, quemadmodū illic de æquiuocis diximus. Quomodo enim æquiuoca diximus equiuocantia vel equiuocata, sicut vnuoca diximus vnuocata ita vel vnuocata. Vnuocū quippe vnuocas, est dīctio vnuocē plura significat, aut secūdū vna oratione sive definitionē essentialē de pluribus prædicari potest. Vt animal genus est vnuocū respectu omnī specierum suarum, quas omnes mediate vno cōceptu essentiali significat, & de quibus omnibus secundum vna essentiali rationē sive definitionē prædicatur. Homo enim est animal, quia corpus animatum sensibile, & eadem ratione est equus, animal, & ita asinus, atque ita in reliquis. Vnuocata vero dicitur ipsa plura significata, quae sic per vnum vocabulum mediate vno conceptu essentiali significantur. Ex his facili est supradictum. Arithotelis definitionem exponere in hūc modū: Vnuocā vnuocata dicuntur plura aliqua significata, quorū est vnum commune nomen vnuocā, id est, quē per vnum aliquod vocabulum vnuocā significantur: & non solum nō men est illis commune, verū etiam ratio substantiæ secundum illud nomen est eadē, id est, mediante eodem conceptu essentiali, per illud nomen significantur, vel secundum eandem rationem sive definitionem essentialē. De eis predicatur illud nomen. Quid autem sit ratio substantiæ, patet ex di tis circa declarationē definitionis equiuocorum. Signan ter vero in definitione dicitur, quid ratio substantiæ secundum illud nōmē commune, debeat esse eadem: quoniam ad rationē vnuocorum non sufficit quamlibet rationem esse cō munē, sed oportet rationem substantiæ esse cum nomine cō munē, sed oportet vocabulum illis significatis pluribus conuenire secundum eundem conceptum essentialē, vel secundum eadē definitionē essentialē. Homo enim & equus nō possunt dici vnuocata respectu albi: attamen homo & equus habent nōmē albi sibi commune, sive per predicationē, dicendo, homo est albus, equus est albus: sive per significatiōnē & conceptum, quoniam albus generali significatiōne omnia illa in quibus est albedo, significat. Verū non est illis secundū nōmē istud ratio substantiæ eadem. Nam ratio albi

non est homini & equo substancialis, sed tantum accidentalis.

C A P V T . V I .

De quibusdam ad cognitionem denominatio-
nium sive substantiarum.

Quid sit
cocreteū.

Quid sit
abstra-
ctum.

Differen-
tia inter
concreta
& abstra-
cta.

Pro intellecu definitionis denominatiōrum, quā subſe-
quenter ponit Aristoteles, p̄mitenda est differentia,
quā ponunt Dialetici conformiter ad communē viūm &
modum loquendi inter terminos concretuos sive concreta,
& terminos abstractuos sive abstracta. Terminus cōcretius
sive concretus, dicitur vocabulū, quod de subiecto aliquo per
semetip̄a accidet aliter predicator. Huiusmodi sunt nomi-
na aut verba, quæ à Grāmaticis adiectiua appellantur: vt al-
bus, niger, doctus, federe, currere, &c. Hac enim de subiectis
per semetip̄a pr̄dicantur accidentaliter, dicendo: Petrus est
albus, niger, studet currit. Dicū est aut̄ de predicatione acci-
dentali, quoniam proprie tō dicitur terminus cōcretius ille,
qui soli essentialiter de aliquo pr̄dicatur. Ut hō licet p̄gredi-
etur verē de hoc homine & de illo, nō proprie tamen cōcre-
tum dicitur, licet aliquādo sic minus proprie dicatur. Ter-
minus autem abstractius sive abstractum, dicitur vocabulū
significans aliquam formā accidentalem subiecto alieni in-
existētē; per semetip̄a tamē nō potest de illo subiecto
verē pr̄dicari, sed tantū mediante altero termino adiecti-
uo sive concretiō: vt albedo, nigredo, fēsio, cursus, & huius
madi infinita. Significat enim ista nomina formas acciden-
tarias inexistentes iūs subiectis. Attamē nō per semetip̄a pos-
sunt pr̄dicari de subiectis illis, quibus in iūnt res per ea signi-
ficat. Nō enim verē quis dixerit: Petrus esse albedinē, aut ni-
gredinē, cursum aut fēsiū. Sed mediatis alijs terminis
adiectiū debent ista pr̄dicari, dicendo: Ioannem esse
albū vel nigrū, federe, vel currere. Inter hāc autē ab-
stracta & cōcreta est quēdam conuenientia, & quēdam dif-
ferentia. Siquidē abstractū & sūmū concretū in principi-
ali significato conueniunt, sed in minus principaliter differūt. Ab-
stractū enim ipsam formā accidentariam nudē repre-
sentat, concretū verō formā quidem illam principaliter signi-
ficit, nō tamen nude ipsam, sed cum ipsa simul subiectū cui

inest

inest, quoniam ipsam formā tanquā inexistētē subiecto
significat. Exempli gratia, terminus albedo, nihil nisi puram
formā accidentariam in suo conceptu repräsentat, alibū ve-
rō, principaliter quidē significat illam formā accidentariā, sed
circa subiectū eā determinat, quod non facit terminus albe-
do, id est, significat formā illā tanquā subiecto existit, scq;
minus principaliter & secundario ipsum subiectum significat.

Aque hinc procedit, quod terminus abstractus per se-
metip̄um verē non pos̄it sūci de subiecto, cui rāmen res per
ipsum significata verē & realiter inexistit. Numirū quia tan-
tum formā significat, non etiam subiectū. Nullus autē ter-
minus potest verē pr̄dicari de eo, quod in suo conceptu nō
significat. Terminus autem cōcretius, quia in suo conceptu
subiectum significat, tanquā id quod in se formā accidentalē
habet, ob hoc rectē quoque per semetip̄um, & verē p̄t pr̄-
dicari de subiecto. Atque ex his facile est intelligere ratio
nem huius appellations, quare videlicet cōcreta, & abstra-
cta appellentur. Numirū abstracta dicātur, eo quod significat for-
mā nūdā & quasi abstractā à subiecto, ita vt ipsum non si-
mul cum forma significant. Cōcretum verō dicitur, eo quod

Cōcreta
& abstra-
cta quare
sic appel-
lentur.

subiectū cōcerat, similiq; subiectū cum forma repräsentet,
& in suo conceptu velut coniungat atque cōmīcat, nepte
vno conceptu suo significans & formam, vt inhaerent, &
subiectum, vt in se eam continet. Hac etiā ratione videtur à
Grāmaticis nominata esse adiectiua, verbālē nomina, quod
videlicet significant formā accidentariā tanquam adiacē-
rei, sive quatenus rei inexistit. Hac autē que diximus sic
appellari cōcreta vel adiectiua vocabula, Aristoteles in p̄-
sente definitione vocat παράνυμα, id est, denominatiū ca-
dē vnu ratione, numirū quidē secundū huiusmodi voca-
bula debet fieri denominatiū subiectorū, & quod ipsa deno-
minatiōne sūam, qua subiectum denominant, habent à nomi-
ne abstracto, id est, à re per ipsum significata. Forma enim ac-
cidentalis in subiecto existens, ipsum semper aliquale deno-
minat, dans ei esse quoddam accidentarium: quæ quidem
denominatiō cūm non pos̄it apt̄ verē que fieri per nomen
abstractum, necesse est eam fieri per concretum sive deno-
mina

minatiuum. Ut iustitia in Petro existens, ipsum denominat appellarique facit, non per abstractum nomen iustitiam, sed nomine concreto iustitum. Petrum nanque habentem in se iustitiam, non denominamus iustitiam, sed iustum: ita eum, in quo est actio vel passio, cursus vel sejso, denominamus ab huiusmodi formis accidentarijs agentem, patientem, currentem, sedentem, non actionem, passionem, &c. Vnde pro dictorum clariori notitia, ac post explicitam definitionem faciliori intelligentia, tria hic adinuicem pertinentia, & velut cohaerentia, sed ab inuicem distinetis assignamus, ne mpe denominans, denominatiuum, & denominatum. Denominans, appellatur ipsa forma accidentaria, que subiectum denominat aliquae, vt albedo, cursus, & huiusmodi.

Denominatum dicitur ipsum vocabulum, quo media te sit denominatio, vt iam dictum atque declaratum est.

Denominatum vero dicitur ipsum subiectum, quod à forma denominante secundum vocabulum denominatiuum denominatur aut appellatur tale vel tale. Exempli gratia: Humilitas est denominans, humilis est denominatiuum, homo est denominatus, quia ab humilitate homo denominatur humilis.

Denominans vero & denominatum posunt indifferenter dici res vel termini. Ipsa nanque forma accidentaria inexistentis subiecto realiter, propriè dicitur denominans, vel minus propriè ipse terminus, qui formam illam nudā significat, terminus videlicet abstractius. Ita subiectum illud, in quo realiter est forma, propriè dicitur denominatum, vel minus propriè terminus ipsi subiectum significans. Denominatum vero non potest dici nisi ipse terminus, quo mediante fit denominatio, & per quem simul denominans forma cū subiecto denominato significatur. His premisis, ad explicantā Aristotelis definitionē accedamus, quæ talis est:

C A P T U R A VII.

Explanatio definitionis denominatiuum.

LEnominatiua dicuntur, quæcunque ab aliquo solo differentia casu secundum nomine habent appellationem.

Quam

Quam definitionem ita intellige: Denominatiua sunt vocabula, quæ a aliquo denominante sive abstractiu vocabulo, aut ab aliquibus abstractis, differunt solo casu, id est, sola finali terminatione, vel træfiguratione, ita ut in principio vocis sunt cōuenientia: & deinde secundū illud nomine habet appellationem, id est, accidentalem habent prædicationem, secundū rei per nomen illud abstractum significata. Hæc enim accidentalis prædictio, in proposito appellatur denominatio. Exempli gratia, humilis, superbus, vocabula hæc sunt denominatiua. Nam à suis abstractis sive denominatiibus, quæ sunt humilis & superbus, differunt sive træfiguratione sive terminatiōne finali, quæ in proposito casu appellatur. In principio namque cōuenientia, neq; nisi in finali terminatiōne est differētia. Deinde appellationē habent secundū illa abstracta, id est, accidentale prædicationem, secundū res per nomina abstracta significatas: quoniam humilis & superbus accidentali prædicti de subiectis, ratione humilitatis & superbie, dicendo: iste est humilis, ille superbus. Cirea quā definitionē aduertere, triplicia distinguere solere denominatiua, nempe voce tantum, significatione tamen, voce & significatione simul: in proposito tamē sola definiriuntur denominatiua voce, & significatione. Denominatiua voce tantū dicitur, quod cum aliquo abstracto habet quidē secundū vocē conuenientiam in principio, & differētia in terminatiōne finali, sed non conuenit cum eo in significatione, nec habet secundū rem per ipsum significatam denominationē, sive accidentalem prædicationem. Ut pugillator est denominatiuum voce tantū, respectu pugillatoriae, accipiendu eam, ut significet habitum artis pugillandi: pugillatorē vero, ut significet naturalem potentiam ad pugillandū. Sic enim licet in principio conueniant, & differant in fine, in significatione tamen non cōueniuntur, habet concretum appellationē secundū rem per abstractū illud significarā. Non enim dicitur quis pugillator secundū illā significationē ab habitu artis, sed à naturali portetia. Ita somnolentus respectu somni est denominatiuum voce tamen, quia nō dicitur quis somnolentus à somno, sed à somnolentia. Sic cursor respectu cursus, est denominatiuum voce tantum:

„ De no
 „ mina
 „ tiuum
 „ voce tā
 „ tum.

tantum: quoniam non dicitur quis cursor a cursu, sed ab habi-
Denomi- tu & arte, qua cursura dicitur. Ita quoque in alijs dicēdū-
natiū Denominatiū autem significatiōne tantum dicitur,
significatiōne quod cum aliquo abstrāctō conuenit in significatiōne, secun-
dū rem per ipsum significatam habet denominatiū pra-
dicatiōne, cattamen ab eo non differt sola finali terminatiōne,
verum etiam in principio. Vt dormiēs est denominatiū
sonni secundū significatiōne: quoniam à somno animal
denominatur dormiens. Sie probus aut sapiens, aut studiosus,
est denominatiū virtutis. Eum enim, qui virtutem habet,
dicimus probum, aut sapientem, aut studiosum: virtuōlū
autem nō dicimus, quoniam vox illa Latinis auribus est incon-
gnita. Maximē autē in Græco idiomate nomini ἀρετή, quod
virtutem significat, nullum propriū concretū invenitur, sed
a signatur illi properū defectūν ~~ωραιώσις~~, id est, studiosus.
Deno- Denominatiū autem voce & significatiōne simul di-
mina- citur, quod cum aliquo abstrāctō conuenit in principio, &
tiūm, differ in fine, & insuper secundū rem per illud idem no-
voce &, men significat̄ habet denominatiōne, sicut vt denominet
signifi- aliud, ipsum videlicet, in quo fuerit res per abstrāctū signi-
catiōe, ficata, vt albi respectu albedinis, somnolentus respectu som-
nolentia. Atque haec sola denominatiū in definitione Ari-
stotelis intelliguntur definiri. Denominatiū quippe voce
tantum excluduntur à definitione, per secundam eius parti-
culam, eo quid nō habeant appellationem secundū illud no-
men. Denominatiū autē significatiōne tantum, ab iunctiōne
per partem priorem videlicet quia non differunt solo casu ab
abstrāctō. Nō enim solo casu, id est, sola finali terminatiōne
differunt, quae etiam differunt in principio.

C A P V T V I I I .

De predicatione æquiuoca, vniuoca, & denominatiua.

Prædi- X prædicti triplex sumitur predicatione, nempe æqui-
cacio- uoca, vniuoca, & denominatiua. Prædicatio æquiuo-
cacio- ca est, in qua æquiuocē sumptum, prædicatur
ca. de aliquo significatoriō suorum. Quæ prædicatio à discipli-
nis reiçatur, tanqū incōmōda ad docendum vel discendū
propter

proper confusione indistincti vocabuli. Prædicatio v-
nuoca dicitur, in qua prædicatur vnuocum de aliquo suo si-
gnificato, id est, vnuocans devinuocato. Vt hō est animal, e-
quis est animal, iustitia est virtus, superbia est vitium. Et vnuo-
uersaliter, omnis prædicatio generis de aliqua specierū, est v-
nuocatē specie de individuis. Adiiciunt quoque prædica-
tionē essentiale differentiæ de specie constituta, & eius indi-
uidus. Prædicatio autē denominatiū dicitur, in qua de
nominatiū prædicatur de subiectō siue denominato. Vt Pe-
trus est iustus, fortis, bonus, humilis, & cetera. Et vnuocatē
omnis prædicatio accidentalis de suo subiectō, dicitur deno-
minatiū. Adiiciunt quoque hi prædicationē proprij de suo sub-
iectō. Vt hō est risibilis. Habet enim etiam propriū, secun-
dū rem per abstrāctū significatam denominationē, id est,
accidentale prædicationem, si accidentalis prædicatio su-
matur largius. Haec tēns anteprädicamenta Aristotelis
definitiones tractauimus, nunc ad diuisiones transeamus.

C A P V T I X .

Prima diuisione anteprädicamenta.

E Orum quæ dicitur, alia secundū com-
plexionem dicuntur, alia vero sine com-
plexione.

Cuius diuisionis sententia est, terminorū quosdā esse cō-
plexos sive cōpositos ex pluribus, quo dā esse simplices, incō-
plexos arque incōpositos. Terminus incōplexus dicitur, qui
ex pluribus dictiōnibus significatiūs non cōponitur, vt iu-
stus, superbus, homo, equus, currere, sedere, & cetera. Termini
nus autē complexus dicitur, qui ex pluribus dictiōnibus signi-
ficatiūs adiunciē rectē vnitis cōponitur. Vt homo albus, Pe-
trus et Ioānes, Petrus est probus, Ioānes est doctus, &c. Si
gnāter dicitur, ex pluribus dictiōnibus significatiūs, quoniam
terminum complexū nō facit cōpositū syllabarum aut li-
terarū, neque etiā dictiōnū plurim non significantiū, sed tā
tum cōpositū plurim significatiūrū dictiōnū. Imō ne
hoc sufficit ad terminum complexū, quod cōponatur
ex partibus, quæ extra compositionem per se sumptu, sunt
signi

significatiuæ, sed oportet in illa complexione eas habere significatiōnem. Quod dicimus proper nomina, quæ appellātur figuræ compositæ, quemadmodum corpus animatum, ut pro genere accipitur, respub. aliaque huiusmodi. Hæc enim propriè non discutunt cum complexione, sed sine complexione: quoniam licet ex partibus componantur per se & separati significatiuæ, illæ tamen in compositione illa nō significant. In nominibus enim composite figurae partes nihil significant, sed ex compositione partium resultat vna totius nominis significatiō. Alioquin si partes accipiuntur ut significantes, non erit compositum nomen, sed oratio appellari debet. Oportet ergo terminum complexum ex partibus in ipsa complexione significantiibus componi.

Signanter quoque dictum est, ex partibus rectè adinuicem vniuersitatem, quoniam terminum complexum non facit multarum dictionum etiam significatiuum, sine ordine coaceruio, nisi adinuicem rectè fuerint ordinatae atque coiuicite. Nam si dixeris sine coniunctione, homo, equus, bos, Grammaticus, Logicus, Musicus, complexum nullum terminum habeo, sed multis incomplexos terminos: quoniam non est ibi debita partium vnuo. Non enim secundum aliquam Grammaticam constructionem sive compositionem vniuntur. Cum verò adinuicem plures dictiones secundum aliquā grammaticam constructionem bene vniuntur, inde terminus complexus efficitur. Vt poteris cum per coniunctionem adinuicem vniuntur, dicendo homo & equus, Petrus vel Paulus: vel si ne coniunctione ex vi alterius regimini, ut potest adiectiu & substantiu, dicendo, homo iustus: Vel demonstratiui & rei demonstratrix, dicendo, iste homo: vel possestis & rei possesse, dicendo, domus Petri: vel secundum appositionem coniungendo in eodem casu adinuicem pertinēria, ut animal homo, Virgo Maria: atque ita in ceteris, quæ apud Grammaticos tractantur exactius. Quemadmodum enim nō facit adiunctionum vnuo, multorum lignorum & lapidum aceruis, nisi fuerint partes adinuicem debito ordine compositæ: ita non facit complexum terminum multarum dictionum congeries, nisi debito ordine adinuicem fuerint coiuicite.

Caput

De tripli complexo & tripli incomplexo.

Solent autem ad pleniorē hūis diuisiōnis notitiā triplex distingueri complexum, & triplex itē incomplexum nempe cōplexum voce tantū, complexum significatiōne tantum, cōplexum voce & significatiōne simul: atque item incomplexum voce tantum, significatiōne tantum, voce simul & significatiōne. Complexum voce tantū dicitur, quod secundū apparentiā vocabulū ex pluribus cōponit dictionibus significatiuæ, quæ tamē secundum veritatem in illa cōpositione significatiuæ non sunt, sed vñā simplicem significatiōnem totum habet. Huiusmodi sunt nomina & verba figurae composite, de quibus iam supradiximus. Cōplexū significatiōne tantum dicitur, quod secundū vocē non habet partes significatiuæ, ex quibus cōponatur, in mēte tamē plures habet conceptus adinuicem coniunctos, & significatiōne habet cōpositū. Ut cū dico, curro, subintellectu pronomine, secundū vocē quidem, hoc incomplexum est: in mente tamē respondet cōceptus pronominis & verbis, ego curro. Ita putant nonnulli de verbis impersonalibus paſiuis, legitur, docetur, currunt. Videtur enim significatiōne esse complexa, quoniam legitur tantundem valet, ac si dicas, lectio fit, currunt, fit cursus, docetur, fit doctrinā. Similiter sentiunt de illis verbis, quæ vocantur exemplarē actionis, pluit, ningit, tonat, grandinat, &c. Cōplexum autē voce & significatiōne est, quod & in voce & in mente plures habet dictiones significatiuas adinuicem cōpositas, vt homo iustus, vir bonus, Deus vniuit. Et de hoc principaliter fit sermo. Per contrariū verò facile est definire incomplexum voce tantum, significatiōne tantum, voce & significatiōne simul. Incomplexum enim voce tantū est, quod secundū vocē non cōponit ex partibus significatiuib⁹, attamen in mente est compositus, & conceptus respondeat compositus. Incomplexum autē significatiōne tantum est, quod secundū vocē est cōpositus ex pluribus dictionibus, sed in mēte nō est cōpositio, tācumque simplex cōceptus toti vocabulo respondet in animo. Estque omne cōplexum voce tantum, incomplexum significatiōne tantum, quemadmodū omne

G complexum

, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,

, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,

, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,
,, , ,

cōplexū significatiōis tāti, est incōplexū voce tāti, & ecōtra
rio. Incōplexo autē voce & significatiōis simili omnino ex ad
uerso opponitur cōplexū voce & significatiōis simili. Ipsius
est, quod neq; secundū vocē ex pluribus dictionib⁹ cōponitur
significatiūs, neq; etiā secundū rem & significatiōē. Et hoc
propriissimē incōplexū dicitur. Nihilominus etiā proprie
incōplexū dicitur, quod est incōplexū significatiōis tāti, & cō
plexū voce. In proposito nāq; cōplexionē maximē reputa
mus secundū significatiōis, ut vbi significatiō inueniatur
composita, propriē dicamus cōplexionem: incōplexionē ve
rō, vbi fuerit significatiō simplex & cōceptus incompositus.

Conducit autem huc diuisio ad distinguendū cōplexa ab
incōplexis propter ordinē predicationētōrum: quoniam (vt maxi
ma habet dialektica) nullū cōplexū in predicationē aliquo lo
cum habet, intelligendo de complexione secundum signifi
cationē. Nam secundum vocēn incomplexio nihil impedit,

C A P V T . XI.

Seconda diuisio antepredicamentalis.

Secunda
diuisio.

Eorum quae sunt, alia de subiecto quadam
dicuntur, in subiecto vero nullo sunt: alia
in subiecto quidem sunt, de subiecto vero nul
lo dicuntur: alia de subiecto quadam dicuntur,
& sunt in subiecto: alia vero neque in subiecto
sunt, neque de subiecto dicuntur.

Pro eius diuisiōis intellectu explicandum est, quid in
proposito sit, esse in subiecto, & dici de subiecto. Possumus
autem ista, vel rebus applicare, vel vocibus, sicut & alibi ad
monimus, que rebus conueniunt, ea & vocabulis suo mo
do aptari: atque ecōtrario, que de vocibus dicuntur, suo mo
do de rebus applicari. Loquēdo de vocibus, dici de subiecto,
& esse in est predicationē essentialiter de aliquo: esse autē in subiecto, est
subiecto predicationē de aliquo accidentaliter. Ut animal dicitur de ho
mīne, tāquā de essentiali subiecto, & alib⁹ dicitur de homīne
accidentaliter, tāquā de subiecto accidentalē. De rebus au
tē loquendo, dici de subiecto est essentialiter esse in aliquo,
vel mediante

vel mediante vocabulo de aliquo essentialiter predicationē. Esse
vero in subiecto, est accidentaliter esse in aliquo, tanquā in
subiecto accidentaliter, vel mediante vocabulo accidentaliter de
aliquo predicationē. Sic natura generica animalis dicitur de ho
mīne, & ipsa albedo est in homīne. Ex quo pater, alter ac
ēpī subiectum, cūm dicitur predicationē de subiecto, aliter, cūm
dicitur esse in subiecto. Illic enim subiectū intelliguntur essen
tiale, quod videlicet in se aliiquid essentialiter continet, tan
quam sui partē essentialē, si de rebus loquamur. Vel voca
bulū quod essentiali prædicationē alicui predicabilis subiicitur,
ut est species respectu generis, indiuidū respectu sue spe
ciei, & constituta species respectu constituentis differentiē. De
quibus in precedentē predicationēlibro plenius est determi
natū. Cūm autē dicitur esse in subiecto, intelliguntur subie
ctū accidentalē, cui videlicet aliiquid inheret accidentaliter:
si de rebus loquamur, vel vocabulū quod subiicitur alicui pre
dicante in prædicationē accidentalaria. Hoc premisso ita est in
telligenda diuisio. Forum quae sunt, id est, inter omnia
que subsistunt in rerum natura, hec est quadruplex differen
tia, ut aliquid dicatur de subiecto aliquo essentialiter, de nul
lo autem accidentaliter. Alia sunt in subiecto aliquo acciden
taliter, & accidentaliter predicationē de eo, essentialiter tamē
de nullo subiecto possint predicationē. Alia & prædicationē de
aliquo essentialiter, & de aliquo alio (nonquam autem de
eodem) accidentaliter. Ultima neque essentialiter de aliquo
predicationē, neque item accidentaliter de aliquo. Hac autē
diuisio quadrinēbris omnia complectitur, quae innueniunt
ur in rerum natura substantiē. Omne enim quod est crea
tū, vel eff. substāntia, vel accidentē, & rursum, omnis substāntia
vel vniuersalē & cōmōnis est, vel particularis. Si item ac
cidēs vel eff. vniuersalē vel singularē ex quorum admixtū
compositione, ista consurgit quadrinēbris diuisio. Sub
primo nāq; membro cōprehenduntur omnes substāntiæ vni
uersales, omnes videlicet naturē generice & specificē prædica
tionē substantiē: quia omnes dicuntur de subiecto, quoniam
essentialiter insunt species & indiuidūs sibi subiectis, sed
nulla illarum potest esse in subiecto, quoniam nulla substantia

Exponi
tur diui
sio.

Primum
mēbrum

tialis natura generica vel specifica, potest alicui subiecto inesse accidentaliter, aut de aliquo accidentaliter praedicari. Ni hil enim potest dici accidentaliter homo, vel animal, vel substantia. Sub hoc membro coprehendit etiam videntur naturae differentiales, quæ species constituant. Nam & ipsæ essentialiter insunt speciebus, quæ componunt, & nulli insunt mere accidentaliter, secundum eum modū, quæ paulo post dice mus in definitione Aristotelis, quæ definiti ipsæ quid sit esse in subiecto. Nihil enim potest assignari, quod sit accidentaliter rationale, aut sensibile, sed quicquid tale est, essentialiter tam

Secundū le est. Sub secundo membro coprehenduntur accidentia singularium, ut hæc albedo, ita humilitas, atq; ita in ceteris. Hæc enim in subiecto aliquo sunt accidentaliter, & de eo praedicatur accidentaliter medianteibus suis denominatiis. De nullo aut̄ essentialiter valent praedicari, neque essentialiter vilius inesse. Sub tertio membro continentur omnia accidentia vniuersitatis. Sub tertio membro generali, virtus, scientias & similia. Hæc enim communia accidentia, & subiecta habent, in quibus accidentia liter inherant, & in super singularia accidentia habent, quibus insunt essentialiter, sicut natura specifica accidentalis est in omnibus suis individuis, id est, singularibus accidentibus illius naturæ. Vel etiā accidentia vniuersalia inferiora habent qui bus insunt, ut natura generica accidentalis est in naturis specificis sibi subiectis, ut natura coloris est in natura albedinis, & natura albedinis, in his atq; illa albedine, & i singulis individualibus. Sub hoc membro propria communia simul coprehendi solent, ut risibile, fleibile, sicut propria pticularia ad membrum secundum reducuntur. Sunt enim propria accidentibus similia, ut differenter generi & speciei. Quartū vero membro habet substantias particulares, sive individua praedicameti substantiae. Quæ neq; de subiecto aliquo dici possunt essentialiter, cum nihil habeat se inferius, de quo possint predicari. Neq; in vilo subiecto possunt inesse accidentaliter, cum eque repugnet substantia, esse in aliquo accidentaliter, atq; accidenti repugnat, ex sua natura per se subsistere. Ad hunc autem modum enarrata diuisione ac rebus applicata facile est eandem & vocibus suo modo accommodare.

Figura

Figura ad oculum demonstrans singulorum membrorum praedictæ diuisionis conuenientiam aut differentiam.

Substantia Partim conueniunt, vniuersalis quia utriusque de subiecto dicitur. Dicitur de subiecto, & non est in subiecto.

Accidens vniuersale Dicitur de subiecto. & est in subiecto.

Partim conueniunt, quia in unumque est in subiecto.

Maxime partim conueniunt, quia in nullo neutraru[m] est in subiecto.

Forum quæ sunt

Maxime partim conueniunt, quia in nullo neutraru[m] est in subiecto.

Estant, conueniunt.

Substantia Partim conueniunt, singularis. Neq; dicitur de subiecto, & non est in subiecto.

Accidens singulare. Est in subiecto, & non dicitur de subiecto.

G 3 Eigu

FIGVRA BOETI.

Aystaton

Substantia

Accidens

*Nempe dictatur
neque est in
suebecto.*

Vniuer-
sale.

Aystaton

Particu-
lare.

Inter substantiam & accidens, item vniuersale & parti-
culare, ponit aystaton, quoniam simul nequeunt consistere
aut conuenire. Inter substantiam autem & vniuersale non
ponit aystaton: quoniam simul constant, item in alijs.

Caput

CAPUT XII.

Definitio esse in subiecto posita ab Aristotele.

*Vid autem sit esse in subiecto, & quae sit natura eorum,
que sunt in subiecto, plenus definit Aristoteles,
in hunc modum:*

In subiecto esse dico, quod cum in aliquo sit,
non sicut quedam pars, impossibile est sine eo
esse, in quo est.

Esse in
subiecto
definitio

Cuius definitiois hic est sensus: Illud est in subiecto, quod
existens in aliquo non per modum partis, neque integralis,
neque essentialis, sic tamen inheret, & sic in illo sustenta
tur cui inest, ut separatis extra ipsum subiectum non possit
subsistere, sed quandiu est, in subiecto debet sustentari.

Quae definitio pulchre explicat naturam accidentis, ipsumque
ab essentialibus distinguit. Modum enim describit, quo accidentes
suo inheret subiecto, longe differentem a modo, quo essen-
tialis natura inest illi, cuius est. Natura enim essentialis, id est,
generica & specifica, atque etiam differentialis, inest rei in
qua est, sicut pars ipsius essentialis, nimirum ipsam componens
& constitutus essentialiter, quemadmodum in priro libro
ostendimus naturam genericam esse in speciebus subiectis,
specificam in individuis, & differentiale in specie constitua-
ta ac subiectis individuis. Accidentes vero, dicunt Aristoteles esse
in subiecto, non sicut partem aliquam. Quod tamen ita
supplendo exponunt, vt id quod in subiecto est secundum pro-
positum loquendi morem, debeat esse in aliquo, non sicut
pars ipsius subiecti, neque etiam alterius unius, quod simul
cum ipso constitueret atque componeret, ita vt id, quod dici-
tur in aliquo vt in subiecto esse, non solum non possit ipsum
constituere: sed neque cum ipso aliquid verum & substantialiter
vnum possit constituere. Quemadmodum iustitia existens
in anima, nec est anima pars, nec cum anima aliquod vnum
componit. Similiter nec color cum corpore, cui vt subiecto
inest. Ex accidente quippe & subiecto nihil propriè vnum
constat, sed aggregatione tantum sunt vnum.

Hoc autem ita supplendo exponitur, propter formas

G 4 sub

substantiales, quā non dicuntur esse in materia tanquam in subiecto, cūm non sint formæ accidentiales, sed omnino substantiales. Attamen definitio tota iam posita illis cōveniret, si non supplementū illud adiceretur. Sunt quippe formæ substantiales in materia non sicut eius quædā partes, est quoque impossibile eas esse sine materiali vel extra eam, loquendo de omnibus formis substantiis, sola anima rationali excepta. Verum per adiectionē supplementi illius aperte excluditur, quoniam sunt formæ in materia, tanquam partes eius, quod simul cum ipsa componunt atq; cōstituit. Siquidem forma cū materia rem naturalem cōponit, quod verè & propriissimè qd vnū est. Ut verbi gratia, anima rationalis cum corpore humano cōstituunt hominē, anima equi cū materia cōstituunt equū, anima vegetativa arboris cū materia, in qua est, cōponit arborē atque ita in reliquis, iuxta quod plenius tractauimus, in libris de cōsideratione rerum naturaliū, lib. i. qui inscribunt de materia & forma. Quānū itaq; forma substantialis nō sit in materia, tanquā pars eius, nō tamē sit in ea, vt in suo subiecto, eo quod sit pars eius cōpositi, quod simul cū ipsa cōponit, id est, quia simul cū ipsa aliquid verè vnū cōstituit.

Similiter dicunt & de differentiali natura respectu naturæ generice quam diuidit, & cōtrahit ad certam speciem cōponendā, iuxta modū in priori libro determinatiū, in capite de differentiis. Sic enim videtur se habere natura differentialis ad genericam naturam, quā contrahit in constitudo certā spē ciē cum ea, quēadmodū, & habet formæ substantiales respectu materiae in cōponēdo cum ipsa vnū aliquod suppositū individualē. Vnde sicut nō admittitur forma esse in materia, vt in subiecto, ita neq; videtur concedendum, differentiali esse in genere, vt in subiecto. Posset tamen ei definitio dicta recte applicari, nisi adderent supplementū illud. Est enim natura differentialis in generica, quā diuidit & contrahit, nō sicut pars aliqua ipsius: cū manifestum sit, genus nō componi ex diff erentiis suis duis, sed tantū constitutus. Per prædictū autem supplementū sit, vt ei definitio non posset applicari: quoniam licet ipsa sit in generica natura non vt pars aliqua ipsius, est tamen in ea vt pars eius, quod simul cum ipsa cōponit, nempe

nuit, nempe speciei quam simul cū ipsa constituit, facitē cum ea quid vere vnū, nempe specificam naturam. Si enim in libro præcedenti declarauimus, naturā genericā, adueniente natura differentiali, pariter cōstituere specificā naturā. Quod autē pro secunda definitionis parte subiungit Aristoteles, dicens: Impossibile est ipsū esse sine eo in quo est, parcum facit ad declarandam naturā eius quod est in subiecto, quemadmodum Porphyrius in libro prædicabiliū definiendo accidens, dicit semper ipsum in subiecto subsistere, id est, nō posse (eparatum extra subiectum esse) sed debere quādū est, suo subiecto inhāre. Cui a stipulatur, quod ait in Physicis Aristoteles: Accidentis est, est inesse, quoniam videlicet sicut de natura subiectiā est per se subsistere, vt non possit alteri inhātere sicut est de natura accidentiis, in subiecto aliquo hādere, atque ab illo portari & suffertari. Loquimur in his naturalibus, secundū naturālē tantū potentiam, secundū quam philosphorū diēta (que rationi innituntur nō fidei) semper sunt expónenda. Fide enim deoēti scimus, authori naturæ deo nō effe impossibile omne verbum, vt posset ipse accidens quod in subiecto est, & de subiecto hoc trāfundere idem numero in aliud, & prorū extra omne subiectum constitutre, et quod modū de speciebus in Sacramēto altaris apparētibus, credit omnes qui p̄ & recte creditū, iuxta normā orthodoxæ fidei.

Partim quoque addita est particula illa, propter excludēda ea quā secundū alios modos effendi in, ab eo de quo nos loquimur diuersos, sunt in aliquo. Quemadmodum videlicet vīnum in vase est, tanquā locatū in loco, & annulus est in manu, tanquā circundans & ornans eam, item res temporales sunt in tempore quo mensurantur. Hæc autē non sic sunt in illis, vt in subiectis. Neq; tamen per priorem particulam definitionis excluduntur, quoniam locatum est in loco nonvit pars quædā eius, similiter annulus in digito, & res temporales in tempore. Per posteriorem ergo hanc particulam excluduntur, quoniam posibile est illa esse fine ijs, in quibus ita sunt. Postest enim vīnum esse sine vase, & annulus sine digito, & res potest esse elapsi hoc tempore in quo nunc est, & quo nunc di in ali menstruatur. Pro cuius rei pleniori intellectu, opera pre quo

qui fuerit hic paucis annos oīto modos essendi in aliquo, quos in physicis suis Aristoteles enumerat. Primo enim dicitur aliquid esse in alio, ut pars integralis in toto integrali, ut manus hominis in homine. Secundo, totum est in omnibus suis partibus, id est, in eis & ex eis confusis, quia ex ipsis est compōsitus. Tertio, species dicunt esse in genere, id est, sub generis: quoniam genus sua cōmunitate ambit, & intra se complectitur omnes suas species. Quarto genus est in suis speciebus, tanquam pars earum essentialis. Quinto, forma substantialis est in materia quam informat, & accidentis in subiecto suo. Inter quae tamen est hæc distinctione (ut supr̄ latius declaratur) est quod forma facit cum materia quid unum, non autem accidentis ē subiecto. Sexto, dicitur effectus esse in causa, secundum virtutem & efficaciam, ut in sole dicitur esse calor. Seprimo, dicitur esse rex in regno, secundum autoritatem, scilicet potestatē & imperium. Octavo modo dicitur locatum esse in loco, vel contentum in continente. Hæc ita paucis dicta sufficient, pro intellectu ante prædicamentum divisionū: quarum quæ sit utilitas, in subsecuentibus fit manifestum,

CAPUT XIII.

De prima regula antepredicamentali.

P Oft tres definitiones & duas divisiones, duas adhuc regulas ante prædicamentorum tractatum præmittit, quærum prior hæc est:

Prima Quando alterum de altero prædicatur ut de regula, subiecto, quæcunque de eo quod prædicatur, dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur.

Huius regule sensus est: Quando alterum de altero prædicatur essentialiter, quicunque de illo prius predicato essentialiter ut de subiecto potest prædicari, omne illud necessarium debet etiam de primo subiecto prædicari. Ut, verbi gratia, animal de homine prædicatur essentialiter, dicendo, homo est animal. De animali vero prædicatur essentialiter corpus animatum, dicendo, animal est corpus animatum. Propter hoc & corpus animatum de homine primo subiecto, debet veri atque essentialiter prædicari, dicendo, homo est cor-

pus

pus animatum. Signanter dictum est, quando alterum de altero prædicatur essentialiter ut de subiecto, ac deinde iterum repetitur, essentialiter dicendo, quæcunque de eo quod prædicatur essentialiter, dicuntur: quoniam non nisi in prædicacionibus essentialibus habet hæc regula certam veritatem. Id quod manifesto probatur exemplo, illic etiam vbi prior prædicatio essentialis erit. Homo nāque essentialiter de Ioanne prædicatur, dicendo, Ioannes est homo. De homine vero prædicatur (sed accidentaliter non essentialiter) humilis, bonus, sanctus, dicendo, homo quidam est sanctus & iustus & bonus. Hinc tamen non licet inferre, prædicata illa dici de primo subiecto, nempe Ioanne, qui forsitan totus est improbus. Quanquam autem hoc in loco regulā istam constitutum Aristoteles nō intenderit argumentationum formam describere, eo quod hic non sit argumentationum locus, sed tractatus vocum simplicium: certum est tamen, ex vigore & viritate eius validus sumi posse argumentationes, casque sub duplice forma. Prior quidem (per propositiones, quas vocant neoterici de aucto signato) ad hunc modum: Homo prædicatur de Ioanne, & animal prædicatur de homine, consequens igitur est, animal prædicari de Ioanne, vbiique intellige essentialiter. Secundum (per propositiones, quas appellant de actu exercito) ad hunc modum, Ioannes est homo, & homo est animal, est igitur Ioannes animal. Intellige item vbiq; essentialiter. Sic in accidentibus, humilis est virtus, virtus est habitus, humilis ergo est habitus. Non est tamen bona haec argumentandi forma, sed ratione tantum materiæ valent ista iam factæ argumentationes: quoniam videlicet ex materia conficiuntur certa, nempe prædicacionum essentialium: vbi si alia aciperetur materia, prædicacionem videlicet accidentalium, seruata penitus eadem argumentandi forma, male concluderet argumentatio, quemadmodum est supr̄ exemplo monstratum. Si vero modum hunc argumentandi volumus ab bona formâ redigere, ita ut ipsa forma argumentandi valeat, quæcunque accepta materia, ut propter tam in accidentalibus, quam in essentialibus prædicacionibus, nihil opus est, nisi secundum prædicacionē viuenteralem acci-

accipere: ita videlicet ut terminus ille, qui in prima prædicatione prædicatur de altero, in secunda vbi subiicitur, cum vniuersali signo sumatur. Si enim erit bona & infallibilis argumentanda formula ad hum modū: Ioannes est homo , omnis autem homo est animal, est ergo & Ioannes animal. In accidentalibus prædicationibus similiter argumentare, Ioannes est homo, omnis autē homo est iustus ac probus, est ergo Ioannes iustus ac probus. Hanc formā argumentandi nemo calumniari potest. Non enim poterit simili forma argumentandi retenta, vila argumentatio mala inueniri, in qua posuit antecedens dari verum sua consequēt. Hoc etiam seruato, quod si prima propoſitio fuerit particularis, inferetur cōcluſio similiſ. Nam si prima propoſitio exiſtente particuliari, cōcluſio inferretur vniuersaliſ, mala eſſet forma, tameſi forſitan interduum ratione materia valeret argumentatio. Ut ſi quis ita argumentaretur: Animal eſt homo , & omnis homo eſt rationalis, igitur omne animal eſt rationale: nihil valet forma euſumodi, quoniam maniſtum eſt illuc antecedens eſſe verum, conſequēte exiſtente falſo, quod in bona argumentatione fieri non potest. Argumentatione autem, que ex vī huius regula formantur a diſputantibus, interduū ab ipſa regula ſolent appellari argumentationes prima regula antepredicamentalis, vel per primam regulam antepradicamentalem fact̄, eō quod ſuā bonitatē ſumant ex vi huius regula ſecundum debitum modum intellect̄, iuxta quod ſupr̄a expoſitum eſt. Interduum appellantur argumentationes a primo ad ultimum, eō quod in conſuſione tandem fia reditus ad cōiungendum ultimum prædicatum eius propoſitionis, que in antecedente fuit ultima, cū ſubiecto prima propoſitionis.

Fitque frequenter hęc argumētatio multiplex, ita ut vna in ſe multas concludat. Exempli gratia, cum ita argumentor: Ioannes eſt homo, homo eſt animal, animal eſt corpus anima tū, corpus animatū eſt corpus, corpus autem eſt ſubstantia, igitur Ioannes eſt ſubstantia. Vel ſecundū formā bonā, hoc modo: Ioannes eſt probus, omnis probus credit in deum , omnis credens in deū eſt gratus deo omnis deo gratus eſt filius regni, igitur Ioannes eſt filius regni. Huiusmodi autem argumentationes

tationes propriae appellantur a primo ad ultimum, in quibus ſic per multas prædicationes fit tranſitus. Omnes autem huicmodi argumentationes, etiam qua fiunt ex non eſſentialibus prædicationibus, ex vi regule huius accipiunt robur, ſi ita intelligatur. Quæcumque de eo quod prædicatur, dicuntur, vniuersaliter, ſi ita tantum addicuntur, addatur vniuerſaliter. Maniſtum tamen eſt Aristotelem nō eſſe loquutum niſi de eſſentialibus propositionibus, neq; à proposito hic trare voluisse vila argumentandi formam. Quare haec tanquam à proposito noſtro extranea, omitteramus profequi longius, inq; ſyllogiſmorum librum (vbi proprius eſt eorum locus) plenius tranſcendat argumentationum forma ſeruentur. Paucā tamen haec, quæ iam diſta ſunt, hoc in loco breuius tractare voluiſum, ne multis diſputatoribus celebre hunc argumentandi modum, qui ſecundum regulam iſtam ſumitur, propter non attigile videtur.

C A P V T . X I I I .

Secunda regula antepradicamentis.

Diuersorum generum, & non ſubalterna- Secunda tim poſitorum, diuersae ſunt species & diſ regula. ferentia. ſubalternorum vero generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias.

Vbi primò notandum eſt, in exemplaribus vulgatis hęc regula corrūptę legi. Sic enim paſsim legitur, Diuersae ſunt species & differentiae, vt coniunctio copuler inter species & differentiae, rāquā inter duos nominatiuos. Ex originali autem Graeco textu maniſtatur inuenitur corrūptio. Si enim habet τὸ δὲ ἵπτερον τὸν καὶ μὴ ὑπάρχασσα τιταγμένον, τὸ πρὰ δα καὶ διαφορά. Hoc eſt: Diuersorum generum & nō ſubinuicem poſitorum, diuersae ſpecies, vel ſecundum ſpeciem ſunt etiam differentiae. Atque ita legit Boetius, tam in Commentariis, quām in textu interpoſito. In textu enim ſic legit: Diuersorum generum & non ſubalternati poſitorum, diuersae ſunt ſpecie differentiae. In Commentariis autem ſic legit: Diuersae ſunt ſecundum ſpeciem &c. Commentator quoque Auerrois, locum iſum exponens ſic ait: Genera diuersa

ta diuersa & non subiecta vel ordinata, alia sub alijs, differentias habent diuersas in specie. Arbitror autem hæc corruptionem littera facilius esse à non intelligebibus, quibus mirandum videtur, dicere, differentias specie diuersas. Quanquam nō est in hoc difficultas permagna. Dicimus enim differentias diuersas secundum speciem, quæ species diuersas constituit, sicut differentias diuersas genere, quæ constitutum diuersa genera. Habet autem hæc regula Aristotelica duas partes. Prior est: Diuersorum generum, & non subalternatum posita sunt, id est, quorum neutrum ponitur sub altero, esse etiā diuersas differentias. Id declarat exēplo, in animali & scientia, quæ manifeste est genera esse non subalternatum posita, quoniā nec animal sub scientia, nec sub animali scientiam ponitur. Habent autem differentias diuersas. Animal enim habet differentias: per quas diuiditur, gressibile, volatile, bipes, aquatile. Votum latile nāq; sub animali, constituit autem, aquatile pīce, sicut reptile serpentē, & ob hoc quod sic sub eodem genere diuersas species constituant, recte dicuntur differentiae secundum speciem diuersas. Scientia vero non illas easdem habet differentias. Non enim scientia diuiditur in gressibilem, volatilem, aquatilem, aut bipedem, sed potius in ferocimalem, rationalem, & moralem. Ita in eodem praedicamento substantia corporis animatum & corpus inanimatum, duo genera non subalternatum posita habent diuersas differentias, per quas diuiduntur. Nam corpus animatum diuiditur per sensibile, & insensibile, corpus inanimatum vero, diuiditur in celeste & elementare. Loquitur autem Aristoteles, in hac parte priori de differentiis diuisiis, id quod ex ipsius declaratione exēplari facile patet. Loquendo enim de differentiis constitutiis superioribus, sic generum etiam non subalternatum positorum exēdem possent assignari differentiae, ut verbi gratia, animal & planta genera sunt non subalternatum posita: quoniā nec animal sub plāta ponitur, nec ecōtrariō plāta sub animali, sed sub eodem genere corpus animatum ex aequali sunt posita, ut species proxima. Habet tamē easdē aliquas differentias superiores constitutias, sibi cōmunes, nēpe animatum & corporeum.

Veruntamen de constitutiis proprijs generū differentiis loquendo

Loquendo, id foret impossibile, vt duo genera non subalternata, eisdem haberent differentias, vel candem differentiam constituerent utrumque genus. Proximas enim & proprias generum diuersorum constitutias differentias, oportet diuersas esse, quemadmodum in prædicabiliū libro plenissime tractat̄ est. Secunda pars regule ita habet: Subalternorū generū nihil prohibet eisdē esse differentias. Vbi primo notandum est, genera subalterna hic accipi pro subalternatim positi. Simpliciter enim genera subalterna, vt in libro prædicabiliū definita sunt, differunt à subalternatim positis, cū possint assignari subalterna genera, quæ non sunt subalternatim posita. Ut, verbi gratia, animal & planta sunt genera subalterna, quemadmodum ex prædicabilib⁹ liquet, nō sunt tamen hic subalternatim posita, quoniā neutrū ponitur sub altero. Hotum ergo genera subalternorū sunt subalternatim postorū, nihil prohibet (inquit Aristoteles) eisdem esse differentias. Quod ita declarat, quoniā superiora semper de inferioribus prædicantur, atque ob hoc, quæcumque erunt differentiae prædicati, eisdem & inferiori subiecto conuenire secundum prædicacionem, iuxta priorem regulam: Quando alterum de altero & cetera. In qua parte, dum ita loquuntur, nihil prohibet eisdem esse differentias, indicat, non omnes necessarij differentias eisdem esse eorum, quæ subalternata sunt, posse tamen aliquas esse eisdem. Atque ita fāc̄ res habet. Nam avis & animal genera sunt subalternata, quæ aliquas differentias habent eisdem, sed non omnes. Gressibile nāq; volatile, aquatile, reptile, bipes, omnes sunt differentiae animalis: avis autem tantum una harum differentia, nempe volatile, quæ auis est constitutiva. Non igitur omnes differentiae in his subalternatis generibus sunt eisdē. Aliquæ tamen eisdem inveniuntur. Primum illa que est animalis diuisiua & avis constitutiva, est utriusque differentia, licet diuerio modo, illius nempe diuisiua, & huius constitutiva. Deinde, ea quæ immediatè constituit animal, nempe sensibile aliquo modo utriusque est differentia. Sicut enim est animalis immediatè constitutiva, sic avis, quod sub animali ponitur, est constitutiva mediata: & de aue essentia litera utique prædicatur,

prædicatur, sicut de animali. Ita & de omnibus alijs differentiis superioribus dicendum. Nulla enim differentia constitutiva, neque mediana, neq; immediata alicui generi conuenit, que nō simul omnibus etiam conueniat, sub ipso positis.

Ac de his quidē constitutius differentius intelligere le posteriorē istam partem monstrat Aristoteles, cū declarando subiūgit: Superiora de inferioribus prædicantur. Quare quæcunque fuerint prædicti differentias, erunt eadem & subiecti. In diuisiūs nanc; id manifestaret falsitatem. Quāvis enim animal de homini prædicatur, vt de subiecto nō tam quæcunq; sunt diuisiūs prædicti, eadem erunt & subiecti. Generū itaq; subalternum positorum, nihil prohibet esse easdem differentias, sed nō necesse est omnes esse easdem. His ergo de anteprädicamentis vteq; tractatis, & qualicunq; claritatē elucidatis, ad præcipuum prædicamentorum tractatū alacres transeamus, illo prius admonto, ne ista nostrā in anteprädicamentis hīcē quæcunq; prolixitate, quæ supervacaneam, aut supersticiosam lector morolus ægrē accipiat. Solet enim nimia in fundamētibus initiius questiā breuitas, ita se vlcisci, vt post modum in præcipuo negotio, vel obscuritate confundat omnia, vel moram duplo tardiorē adducat. Ac proinde hanc nostram in initius, inquæ præparamentis præcipui negotiū moram, aliquantō longiore, in subsequentiis magno lucro nobis futuram speramus.

CAPUT XV.

De enumeratione decem prædicamentorum.

INcipiens Aristoteles de prædicamentis tractatum, primō diuisiōnem constituit, in qua prædicamenta singula emerat. Ea est hæc:

Diuīsio
Prædica-
mētalis.

Eorum, quæ secundum nullam complexiōnem dicuntur, singulum aut substantiam significat, aut quantitatē, aut qualitatē, aut ad aliqd, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut facere, aut pati.

Vbi dum pro diuisio constituit ea, quæ dicuntur, manife-
stè indicat

Atē indicat de vocib; sē loqui, sicut & eo quod sequitur, singulum aut substantiam significat &c. Vocabuli quippe est significare, sicut rei est significari. Dat quoque exempla singularium membrorum per ordinem. Est autem substantia (inquit) vt homo, equus, quantitas, vt bicubitum, tricubitum: qualitas, vt albū, grammaticū, ad aliquid, vt duplū, dimidiū: vbi, vt in foro esse, vel in Lyceo: quando, vt heri fuisse, aut eras fore: situm esse, vt sedere, iacere, habere, vt calciatum esse, vel armatum: facere, vt fecare, vrere, pati, vt fecari, vri.

Enumerantur autem hæc decem genera, maximē quantū ad accidentia, vel in concreto, vel in abstracto. In abstracto sic quantitas, qualitas, ad aliquid sive relatio, vbi sive in loco existentia, quādo sive in tēpore existētia, situ, habitus, actio, passio. In concreto vero sic enumeratur. Quātū, quale, ad aliquid sive relatiūm, vbi sive in loco esse, quādo sive in tēpore esse, situ esse, habere, agere, pati. Est autem hæc diuisio sive potius enumeratio decē primorum generum sufficiens, quoniam neg; superfluit neg; deficit vllum membrum. Nec enim aliud genus poterit inveniri, quod his decem primis adiicitur, neque ex enumeratis aliquod rectē subrahī poterit.

CAPUT XVI.

De substantia in speciali.

Inter omnia prædicamenta, merito primū obtinet locum substantia: quoniam cetera omnia sunt accidentium prædicamenta. Substantia autem, accidēte est dignor, vt pote que ipsum debeat substantiare, & quia accidentia omnia propter substantias sunt, ad eas videlicet ornandas atq; perficiendas. Inter substantias autem distinguit Aristoteles, quādā vocā primas substantias, alias autē secundas. Primas substantias (vt figuraliter dicamus) appellat substantias individualia sive singularia, id est, individualia prædicamenta substantias, Ioannem, Petrum, hunc equum, illum asinum. Secundas autem substantias appellat, substantias cōmunes sive vniuersales, id est, genera & species prædicamenta substantiarū: vt homo, equus, asinus, animal, & huiusmodi, sunt secundā substantiarū.

Definitio autem sive descriptio, quā Aristoteles assignat primā substantiam, hæc est

D e f i n i t i o Substantia quæ propriæ, principaliter, & prima maximè dicitur, est, quæ neque de subiecto diciatur, neque in subiecto est.

Quæ definitio sive descriptio, duas in se includit. Prior in peripheria, quæ ponitur à parte definiti, inuenitur, népe ista: Prima substantia est, quæ propriæ, principaliter, & maximè substantia dicitur. Posterior hæc est: Prima substantia est, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. In priore explicatur ratio nominis, quare videlicet substantia singularis dicitur prima substantia. In posteriore ex iis, quæ prius dicta sunt, notificatur: quæ appellande sunt primæ substantiae. Quantum iraque ad priorem illam descriptiōnem, scindendum est, tres illas particulas, propriæ, principaliter, & maximè, accepi posse pro eodem, vt ad maiorem rei declarationem tria illa vocabula adinuicem sic dicantur coniuncta. Nam id frequenter iis, qui aliquid intellectu difficultè explicare laborant, evenire solet, vt ita per coniunctionem copulatiā plura vocabula adinuicem connectant, ut quod vno minus sufficiens, aut non satis lucide potest explicari, saltem per plura locutus lucidus. Secundum hanc ergo sententiam propriæ substare, aut substantias esse, nihil est aliud, quam substare principaliter, & hoc iterum nihil est aliud, quam substare maximè. Quare autem prima substantia dicantur maximè substare, aut esse maximè substantię ratio est, quia plus omnibus sunt subiectæ, & plus omnibus substant. Quæ antem magis sunt subiectæ aut amplius substant, merito magis substantias dicuntur: & quæ maximè sunt subiectæ, merito maxime substatae dicuntur. Quod autem primæ substantiæ plus omnibus substant aut subiectæ sunt, ita declaratur: quoniam omnia vel in ipsis sunt, vel de ipsis dicuntur. Omnia quippe accidentia, tam communia, quam singulare, singulareibus substantiis insunt, ut in subiectis. Omnes verò substantias vniuersales, de primis substantiis essentialiter ut de subiectis predicanter. Sunt igitur primæ substantiæ, & subiectæ omnibus accidentibus accidentaliter, & subiectæ omnibus secundis substantiis essentialiter,

liter. De accidentibus singularibus id est manifestum ad oculum: quoniam omnis calor est in aliquo corpore, omnis item magnitudo, omnis qualitas, in aliqua singulari esse substantia, ut in subiecto. De accidentibus vniuersalibus, ex cōsequenti idem patet: quoniam accidentia vniuersalia sunt in singularibus accidentiis essentialiter. Sic ut ergo accidentia singularia sunt in substantiis primis accidentaliter, ita & accidentia communia, quæ nō possunt nō esse, vbi sunt singularia. De substantiis quoque vniuersalibus manifestū est, quomodo eis sunt primæ essentialiter subiectæ: quoniam de primis substantiis secundū predicantur essentialiter, ut ex libro predicto cibarium non tum relinquitur. Merito ergo substantia singulares peculiariter veniunt appellandas primæ substantiæ, eo quod maximè substent, & maximè subiectæ sint. Seuerinus autem Boetius, tres illas suprapositas particulas, propriæ, principaliter, & maximè, subtili consideratione distinguuit. Propriæ nanque substantias aut dici substantias singulares, eo quod sensu primum subiectæ sint, & propriæ atque immediatè cognoscantur per sensum: ac deinde ex ipsis præcognitis acquiruntur cognitione vniuersalium substantiarū. Quemadmodū videlicet sensu primum proponitur & offertur Ioannes, Petrus, Paulus, hic equus, ille equus, ac deinde ex his elicetur cognitione vniuersalis, hominis & equi: ex quibus deinde elicetur cognitionis anima lis, atque ita semper ascendendo in superiora, de quo modo cognoscendi per abstractionem vniuersalia ex singularibus, suo loco plene determinantur, in libris de consideratione rerum naturalium, lib. i. i. de intellectu, cap. i. & i. 2. Principaliter vero substantias appellari dicunt, eo quod omne accidens prius insit substantiæ singulari, quam vniuersali, ut quasi secundo loco in vniuersale veniat. Exempli gratia, color quilibet primū & immediatè est in hoc aut illo homine, & secundariò est in homine. Sit & p predicationē, prius dicunt hic hō esse albus aut doct⁹, ac posterius, quasi ex cōsequenti, dicunt hō est albus aut doct⁹, mīmū quia hic vel ille hō est albus, aut doct⁹. Idecirco enim de substantia vniuersali dicitur accidentes quia de prima aliqua secundam illam includēte dicitur. Restet igitur (inquit) quod prius subiectum est, principaliter

Substantia dicitur. Maximè aut̄ substantia appellari dicit, eadem ratio quā supra nos a signauimus. nimis quia maxime subiecta est rebus alijs: quoniā omnia aut de primis substantijs dicuntur, aut in ipsis sunt, vt iam ante declarauimus.

C A P V T . X V I I .

De secundis substantijs.

SEcundæ substantias ita definit Aristoteles: Secundæ substantiae dicuntur species, in quibus illæ, q̄ principaliter substantiae dicuntur, in sunt, hæ quidē & harum specierum genera.

Cunus definitionis hic est sensus: Secundæ substantiae dicuntur species illæ, in quibus infunt, id est, sub quibus continentur essentialiter illæ, q̄e dicuntur principaliter substantiae, id est, substantiae singulares: & non solum species earū im mediatae, sed etiam genera illarum specierū. Ut hō & equus sunt secundæ substantiae: quoniā sunt species in quibus sunt, & sub quibus cōtinentur essentialiter prima substantia. In homine enim vel sub homine, essentialiter continetur hic homo, ille hō, & cetera omnia individua hominis. Sic in equo vel sub equo sunt, ille equus, ille equus & cetera omnia equi singularia. Caput aut̄ hic, esse in, secundū eum modū, quo inferius esse dicitur in suo superiori: vtputa individuum in sua specie, & species in suo genere. Ne vero putemus solas species specialissimas proximas individuis esse secundas substantias, adiungit: hæ quidem, & harum specierū genera. Quia adiectione indicat, omnes substantias vniuersales dici secundas substantias: quoniā omnes substantiae vniuersales, quæ nō sunt species specialissime, sunt genera aliquarū specierum, quas sub se, sive in se comprehendunt. Quare autē ista dicuntur secundæ substantiae, facile quin potest intelligere, cōtra ria nimis ratione ad eam, quæ de primis substantijs est reddititia. Secundæ enim substantiae merito dici debent, quibus aliae sunt priores substantiae. Dico quoque possunt substantiae minus propriæ, minus principaliter, & minus substantiae, copiaratione ad primas substantias, iuxta supraposita Boetij declarationem. Minus propriæ quidem, eo quod posterius cogni-

tio[n]i hominis subiectantur, vt pote quarum cognitio nō nisi ex primis substantijs posset elicī. Minus p[ri]ncipaliter vero, quo mani accidentia eis posteriori infunt, prius aut̄ individuus. Simplerer autē dicuntur minus substantiae, quoniam non tantū subiecta sunt, quantū prime. Prima siquidē substantiae omnibus subiectantur, quibus secundæ fuerint subiectæ, & præter ea ipsi subiectantur secundis: propter quod nemo dubitat prius esse magis & maximē subiecta.

C A P V T . X V I I I .

Ponuntur quædam regule ad cognoscendam, inter secundas substantias, quæ sunt magis substantias.

Quamquam autem genera omnia & species prædicantem tibi substantiae dicuntur communis nomine secundæ substantiae, sunt tamen inter eas aliae magis substantiae, quædam autē equaliter substantiae dicuntur. Pro cuius rei intellectu, notandæ sunt duæ regule, quas ponit & declarat Aristoteles. Prior hac est:

Secundarum substantiarum, species magis est substantia, quām genus.

Regula
de secundis

Cuius sensus est, inter secundas substantias magis propriæ, dis substantiae, quām ip[s]arū genera. Vt homo & equus, magis sunt substantiae, quām animal: item pomus & pirus, magis sunt substantiae, quām arbor aut planta. Declaratur hec regula dupliter. Primo sic, Illud quod est magis propinquū primæ substantiae, merito debet dici magis substantia, quām quod est magis elongatum ab ea: quoniā in unoquoque genere, id quod magis appropinquit, maximē tali est magis, quām id, quod longius aget. Species autē viciniores sunt primis substantijs, quām ip[s]arū genera. Recepit ergo magis substantiae sunt dicendæ. Secundo idem declaratur. Primæ substantiae dicuntur maximē substantiae, eo quod maximē sunt subiectæ, nempe omnibus accidentibus, & omnibus secundis substantijs. Cum ergo species sint magis subiectæ quām sua genera, vtpote quæ subiectæ sint omnibus quibus genera subiectantur, ac p[re]terea ipsis generibus, consequens est, species dici magis sub-

statiās quā sua genera. Sicut enim se habent prima substatiā ad secundas substatiās, ita species ad omnia genera supraposita. Quomodo autē supra ex Boetio declaratum est de prima substatiā, dici eā proprie substatiā, & principaliter, & maxime; sic per ordinē distinētē tria ista accōmodando specie in cōparatiōe ad genus declarari potest, specie magis proprię, magis principaliter, & simpliciter magis substatiā dici, quam suum genus. Magis proprię, quoniam proprius obiectus sensu species quam genus, id est, vicinior est cognitio speciei cognitioni primae substatiā, ex qua immediate elicetur, quam cognitio generis, quę ex speciebus dueris elicetur. Magis tē principaliter, quoniam prius accidentis venit in speciem, quam in genus. Sicut enim prius dicimus hunc hominem esse doctum, ac posterius hominiē doctum esse: ita prius dicimus hominem esse doctum, quam animal. Simpliciter quoq; magis substatiā dicitur species quam genus, quoniam omnibus substatiā species quibus genus, ac præterea ipsi generi: qua parte genus in substatiā excedit. In prædicta autē regula, cum de specie loquimur, non solum species specialissimas intelligimus, sed generaliter omnes species subincubiles, in cōparatiōe ad sua genera. Quēadmodū enim homo est magis substantia quam animal, si animal est magis substantia, quam corpus animatum, corpus animatum vero est magis substatiā quam corpus & genus substatiā, cum sit generalissimum, est minus substantiā quam corpus. Quemadmodū enim insīma prædiciamenti substatiā, nēc individua dicuntur primae substatiā, ita per oppositū, supremū genus dici debet ultima substatiā, quoniam minime subiacet aut substatiā. Nā solis subiacet accessoriis, nulli autē substatiā: cetera omnia genera & species & individua sub ipso posita, subiecta sunt etiā substatijs, quēdam quidem omnibus viuēsalibus, vt individua, quēdam pluribus, vt species, quēdam paucioribus, vt superiora & generalissimo viciniora genera. Sicut enim secundas substatiā, quanto viciniores sunt primae, tanto dicuntur magis substatiā, ita quanto viciniores sunt generalissimo, tanto sunt minus substantiā: tanto minus proprię & minus principaliter substantiā dicuntur.

Posto

Posterior regula, quam ponit Aristoteles de secūdis substantijs hac est:

Specierum, quae non sunt genera, vna nō est magis substantia, quam alia.

Alterā regula.

Hoc est species specialissime, quę tollū species sunt & nō etiam genera, sunt æqualiter substantiae, non alia magis alia. Cuius ratio est, quoniam illarum alia non est magis subiecta quam alia, neque illarum alia est propinquior primæ substatiā, quam alia. Omnes enim species specialissimae sunt æquę propinquas suis individuis: proximae nimurū & immedia-
te. Quomodo ergo primarum substantiarū nulla dicitur magis substantia quam altera: sed omnes simpliciter primæ dicuntur, quoniam æquę omnes subiecte sunt omnibus quę de ipsis dicuntur, vel que in ipsis sunt, ita species earum proximae æqualiter omnes substantiae sunt dicendę. Secus vero dicendum est, de speciebus illis, que sunt etiam genera, sive de speciebus subalternis. Illarum namque alia potest esse alia magis substantia vel minus. Ut animal est magis substantia, quam corpus, & corpus magis, quam substantia.

C A P V T X I X .

De conditionib; , sive communictib; , &
proprietatib; substantia.

AD pleniorē substantiarum cognitionē, ponit Aristoteles quadam conditionē substantiarum. Ex quibus eātū natura perfectius cognosci poterit: id tamen quod ultimo loco ponit, solum appellat proprium, cetera autē nō omnino propria audet appellare. Tametsi enim in prædicabiliis distinxerimus proprij quatuor modos: foliū tamē quartus modus verē & perfectē proprij meretur appellatiōnē. Unde quia nulla earū cōditionum, qua hic positurus est Aristoteles, conuenit substatiā cōvertibiliter, id est, omni & foliū substantia, & semper (sed aliqua tantū foli & non omni, alia omni, sed non foli) eo excepto quod ultimo loco ponitur dum est, idcirco hoc solum audet substantia: proprij nominare. Cetera autem dicit substantijs cōuenienter, vel inesse, vel

H 4 cont